mo limine:id est in primo introitu domus ne intromissorum,litigia domino molestie sint:sed inquaz rapienda.i.violēter occupanda turbe rogare.i. Romanis qui non salutabant neq; sportulam petebāt nisi rogati essent:z ideo nobiles purpura dimissa togam salutaturi accipiebant: et postea dimittebant quod conqueritur Mar.dicens.Quid faciam Rome cui non licet esse clienti.Dimisit nostras purpura vestra togas.Ille tamen quē noscis:videlicet balneator: seu custos balneorum ꝑm Martialem inspicit prius; ꝙ faciem tuam:z trepidat:id est cum timore disquirit:ne id est vt non venias ad sportulam:suppositus.i.clam loco alterius positus:z poscas nomine falso.i. simulato et nō tuo qō tibi verū nomē est.Tu agnitus.i.postq; fueris inspectus z bene notus: accipies sup.sportulā z non pri⁹.Turpe autē merito esset nobilez a balneatore inspici z agnosci.Jubet autē beator aut oritate domini sui:ipsos trongenas.i. nobiles Romanos qui iactāt se de illis Troianis qui cum Enea in Italiam profugi venerant originem trahere: vocari a precone.i.a publico proclamatore.Usq; adeo eos non puduit sportulam petere:quia tamen hoc minus verisimile videtur addit.Nam pro quia z.i.etiam ipsi trongene i.a Troia oriundi nobilissimi Romani:verant id est pulsant et frequentant cum molestia nobiscum.i. sicut et nos pauperes:limen.i. illud trānersum in pede hostij vbi dictū est sportulā sedere. Verant in quā limē porrigētes manū z clamāres pretor sic. Da pretori sup.sportulā suam.Deinde dicit tribunus Da tribuno sportulam suā.Sed libertus alicui⁹ diuitis:vt Crispinus ille de quo dictū est.Cū ius esse putet z.enim pro q:est prior:z dicit per parenthesim.Vel lege potius sic.Sed libertinus prior est.i. sz ponamus q; aliquis libertine conditionis est prior:tunc ipse inquit:ego assum prior.i. ante pretorem z tribunū priori autem debebatur sportula: quia tamen verisimile est q; debeat pretori aut tribuno cedere:quod illi potest etiam ab astantibus dici subdit ipse dicens.Cur timeā aut dubitē defendere.i.pregere meū locū quē occupo iure preuentionis:cuius sum sup.natus ad.i.iuxta euphratā.i.fluuiū illū in mesopotamia ꝑm Geor.vel in capadocia ꝑm Calderinum.vnde q: tot serui Romā cōcesserāt: Martialis capadocas posuit pro seruis dicēs.Quid te capadocū sex onus esse iuuat. Vel ꝑm Mancinellu⁹ in assyria:z omnes verū dicūt:q: ad oēs alluit euphrates propter dictū tamē Martialis placeret Calderinus: nisi videretur poeta de codē loqui cū dicet:Egypt⁹ atq; arabarches.vnde intelligi placet de Arabia.qō .i.quē rez sez me natū esse ad euphratē:fenestre.i.aperture seu fissure in aure.i.quas habeo in auriculis meis more patrie:arguerint.i.probauerint arguendo mendaciū cōtradicentis:cuius:id est tamen ipse.i.egomet negem:id est velim negare.q.d.ego egregie fateor sum libertine conditionis potest autē esse vt is de quo loquitur poeta aliquando ostentauerit fissuras auricularū ad gloriā:quia illis probauerit se tanq; captus esset in aures siue aurū in auriculis gestasse:qō ingenuitatis signū est. Nō est autem vt docet Laurentius valla:Auricula parua auris.sed cartilago illa que eminet ad aures: in qua erant fissure:non in aure.Libertinus ꝯ ꝑm eundem est adiectiuū z absolutū. Uū nō debeo addere dū dico hic libertinus est:cuius sit.quia idem est.ac si dicā.hic est libertine cōditionis: et est tam manumissus q; ex manumissis natus.sed libertus est substantiuū z relatiuū.Nec plene ponit sine correlatiuo aut subiecto eius vt hic libertus Neronis. Et omnis libertus manumissus est:hic igit in aure dicitur pro auricula:z libertus pro eo quod est libertinus diceretur: si legeretur.Sz libertus essi prior est:prior inquit z.Unde docti legunt.Sed libertinus prior est z.Quia vero libertin⁹ de vtroq; dici potest:z speciale habemus pro manumisso: cepit qō Suetonius dicit generale illud pro altero capit:vtvidelz is libertinus dicat qui patronū nō habet:sed ex habēre patronū :hoc est manumisso natus est: sz redeo ad ordinē verboꝝ.Sum igit inquit libertine cōditionis:z ob eā inferior q; pretores z tribuni:et ceteri nobiles Romani:sed quinq; taberne quas ego scz possideo in foro:parant.i.cōparāt mihi singulis annis quotannis quadringenta sup.sestertia.i.cēsum equestrē per quē recipior in.xiij.primos gradus theatri.vt postea dicet.Quid optādum.i.inter ea q; sunt optāda.purpura.i. nobilitas eorū quib⁹ cōcedit purpura cōfert maius.i.accumulatius bonū.q.d.nihil.cū ex illis habeat z honorē et diuitias. Nō potuit poeta dicere magis propter metrum.magis enim conrripit primā. Nec latina lingua patitur duo adiectiua simul construi sine coniunctione:ideo non dixit.Quid maius optandum:sed diuiti.Si id est etsi id est cuius:Cornuus id est ille nobilis custodit l.agro laurēti id est in antiquo latio terra fertilissima:oues cōductas id est alienas ad hoc conductas: vt diues videretur quod dictum est non ex sententia poete: sed ex scommate z irrisione petulantis hominis ex seruili conditione.Quod si re vera ita intelligi placet q; Cornuus custodiat:expone: id est qō faciat custodire: oues conductas dimidiolane z feture: q: Cornuus quidem pascua habuit pinguia:sed caruit ouibus.z ideo alienas ad equas portiones pascendas susceperat.licet ergo ille inquit agrum sine pecore habeat: quid hoc ad me? ego possideo plus pallante: id est q; pallas ditissimus libertus Claudij z licinis illis diuitibus. Quidam sequentem locum diuersis attribuunt:vt dicat Libertinus ille qui hactenus locutus est. ergo cum ita sit q; affluam diuitijs z sim ditior etiam tribunis: tribuni expectent donec supple accepero: et sequentia dant poete: quia tamen omnia dependent ad illud ergo: quod illatiue seu continuatiue ponitur. mallem omnia poete dare:vt Satyrice cōcedat quod maxime negandum censet.ergo si ita est q; tu rā diues es:iustum est supple:z hoc per ironiam intellige vt tribuni expectent:z diuitie supplevincant dignitatem:nec pro z et nō:z q; is qui venerat nuper:id est superioribus annis:in hanc.i. nostrā vrbem Romanam.pedibus albis.i.Syspatis quod signum serui venalis est:non cedat: id est non det locum honori sacro:id est dignitati tribunitie que sancta z sacra id est veneranda est.iustum inquam est quādoquidem id est quoniam ira est q; maiestas id est summa dignitas diuitiarum supple est sanctissima id est maxime inviolabilis inter nos Romonos scilicet.Etsi.i.q̄uis.o pecunia funesta:id est funerum causa plurima: nondum habitas id est coleris:rēplo:id est phano vel edificio tibi sacrato:z q̄uis nullas:id est non vllas:nō erexim⁹ adhuc vllas aras nūmoꝝ:id est ad honorem nummorum vt: id est quem admodū pax colitur id est veneratur z adoratur in templo pacis:atq; pro z fides colitur: id est adoratur in templo fidei z victoria in templo victorie:z concordia que crepitat:id est ore suo: nam rostrum negāt dici nisi fuerit incuruum:crepitum seu sonitum facit nido salutato: id est dum nidus salutatur.Colebatur enim in forma Ciconie vel cornicis:vt bene recitat Mancinellus. Sed cum sum⁹ vnus bonos. Hic iterum redit poeta ad castigandam ineptam petitionem sportule cum res vilissima

fit: cum non contineat nisi centum quadrantes: quibus prestabat vna cena recta. Unde Martialis postq̃ Domitianus instituit pro centum quadrantibus cenam rectam in sportulam dari inquit. Centum miselli valere quadrantes. Lautissima enim sportula non dabat nisi centum quadrantes: vt hic dicitur. vnde idem Martialis. Dat baiana mihi quadrantes sportula centum: ⁊ tamen pretores ⁊ tribuni non habentes rationem dignitatis sue tam auide petebant eas: ac si res magna esset. Unde indignatur poeta dicens. Sed demus sup. q̃ re magna liceat publico ⁊ nobili cum priuato ⁊ paupere controuersiam agere: tamen sup. nõ licet pro sportula: quia cum ita sit q̃ summus honos: id est summus magistratus computet: quid id est quantum pecunie sportula reterat: id est reddat: ei anno finito: et quantum addat rationibus: id est redditibus ⁊ prouentibus siue vectigalibus solitis: hoc est cum nobilissimi annuerent sportulam ad diuitias suas: quid facient comites: id est sequaces ⁊ clientes qui commutantur gratia sportule: id est quantum illi poterunt habere? quibus supple comitibus: toga id est vestis exterior tegens interiora indumenta mechanicis forte artibus apta est hinc: id est ex hac sportula calceus: id est indumentum pedũ est hinc: id est ex alia: et quibus est hinc panis: id est domui omne nutrimentum necessariũ: et fumus id est omne quod necessarium est ad ignem seu decoctionem: hoc est cum clientibus (non sunt autem clientes Satellites siue apparitores gallice sergens: sed qui se fidei et tutele alicuius diuitis potentis commiserunt) et comitibus seu familiaribus nihil detur nisi ex sportula: ⁊ tamen dominus computet sportulam inter reddit⁹ suos annuos: quid facient ipsi id est quomodo poterunt viuere: quia lectica densissima id est in qua fertur vir amplissimus in dignitate vel in qua fertur mulier egra aut grauida cum prole maxima: non petit nisi centũ quadrantes: id est ccv. asses: qui si quadrantes tũc vocauerunt quos nũc quatrinos vulgus italicum vocat: non sunt nisi. xxv. albi minores monete Gallicane. Quod autem debeat poti⁹ intelligi delectica in qua ferunt plurimi liberi siue infantes: patet quia dicit. q̃ pro et vxor languida id est egra vel pregnans. i. grauida sequitur maritũ et circũducitur. i. ducit in circuitu: vt respiciatur ei⁹ miseria. hic. i. alius qui non habet cõiugem presentem: vt tñ sportulã habeat. petit absenti. i. pro coniuge absente: tanq̃ presens esset in lectica et hoc facit callidus. i. subtilis ⁊ astutus: sed arte iam nota. i. cognita distributori ostẽdẽs scz p cõiuge. i. loco coniugis quam fingit esse in sella. i. in lectica in qua cedere posset (vt eñ sedẽdo sella quasi eda) sellã vacuã ⁊ clausam: ⁊ inquit cum quadam confidentia ad ipm distributorẽ seu eleemosynariũ vt non fiat inquisitio. Galla mea. i. vxor mea: sic vocata est sup. in hac lectica clausa: dimitte. i. da mihi portionẽ ⁊ sportulam meã: ⁊ fine me abire quũ astat id statim nõ faceret dispẽsator dispensans ait petitori: moraris. i. detines me hic. Ille astat sciens astutiam qua multos deprehenderat vacuas sellas aduexisse simulantes se coniuges aduehere. inquit. O Galla profer. i. produc ⁊ extolle caput sup. tuũ. Ad qõ marito dispensator. noli vexare. i. molestare eam: quiescit. i. capit requiem post longam infirmitatem. Sepetamus pauca. pedibus albis. i. cretatis vel gypsatis quod signum est serui transmarini et venalis Unde. Quiõ. Nec tu quisquis erit capitis mercede retentus. Despice gypsati nomen inane pedis. Et nullus. Barbara gypsatos ferre carasta pedes gypsum autez galli vulgo plastrũ vocãt. Funesta pecunia: que funerum sepe causa est. vnde. iij. Enciõ. polidorum obtrũcat et auro. Ui poriturq̃ ãd non mortalia pectora cogis. Auri sacra fames: quid non cogis. q. d. ad nihil nõ cogis. Et dicit funesta a funere funus autem de funibus ceratis que cremantur dum cadauer ducitur.

Forum. Augusti. ✳ Rex alis regnatorẽ alis diuitẽ sigt: alis nomẽ hz vt bõ loco ad ali q̃d dictuz: ad signiñ cãdos cliẽtes q̃ eq̃ ac pasiti dñz sequũt: vt conẽt nã si cut pasit⁹ ẽ regis: et liber⁹ pro ni: ita rex ẽ pasiti ⁊ patron⁹ liberti. vñ Ter. Nemo pro meritogratiã regi refert. Parasit⁹ apud Plautũ in captiuis ita loquit. Naz postq̃ me⁹ est rex potitus hostium: appellat cniz pasit⁹ phiopolemũ regem suũ apõ quẽ sepe cenabat.

¶ Ipse dies. diuitum atq̃ nobiliũ notat auaritiam: qui cũ salutati fuissent postea comitati in forum diuersaq̃ loca: reducti inde domũ: Clientes non cibabant: qõ quidem illi sperant: hinc lassi ⁊ iciuni vestibulis abibãt. Hec pcut pasit⁹ ẽ fecto vera hui⁹ loci sententia est. Pulchro. ironia est: id est irrisio. Sportula. sportule tẽpus. s. distinguit. prima eñ et secũda hora salutabant sportule causa. Deide forũ. tertia hora iuris dicẽdis tẽpus distinguebat: qua quidez causidici comitabant reducti postea clientes nõ pascebãt vt diximus. Forũ Augusti forũ intellige. Suetoni⁹ enim ait: q̃ August⁹ publica opera plurima extruxit: ex quib⁹ precipua forũ cũ ede martis vltoris. Tẽplũ apollinis in palatio. Fori extruendi cã fuit hominũ et iudiciorũ multitudo: q̃ videbat nõ sufficientib⁹ duob⁹ etiam tertio indigere. Itaq̃ festinanti⁹ necdũ perfecta martis ede publicatũ est: cautũq̃ vt seuerissimis iudicibus in eo publica iudicia ⁊ sortiones iudicũ fierent. Utq̃ plini⁹ scribit li. vij. ca. lv. in augusti foro apollo fuit ebore⁹: ꝓpter id igit ait poeta iuris peritus apollo. nã ibi iudicia dabant hinc apparet totũ hoc deuico foro intelligendũ. In eodem ⁊ statue triumphales erãt. Martialis enim ait lib. v. Nec litis tetricas forumq̃ triste noscis.

¶ Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum.
Sportula: deinde forum: iurisq̃ peritus Apollo:
Atq̃ triumphales: inter quas ausus habere
Nescio quis titulos egyptius: atq̃ arabarches:
Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.
Uestibulis abeunt veteres: lassiq̃ clientes:
Uotaq̃ deponunt q̃q̃ longissima cene
Spes hominũ: caules miseris atq̃ ignis emendus.
Optima siluarum interea pelagiq̃ vorabit
Rex ✳ horum: vacuisq̃ thoris tantũ ipse iacebit.
Nam de tot pulchris et latis orbibus: et tam
Antiquis: vna comedunt patrimonia mensa:
Nullus iam parasitus erit: sed quis ferat istas
Luxurie sordes? quanta est gula: que sibi totos
Ponit apros: animal propter conuiuia natum?
Pena tamen presens: cum tu deponis amictum
Turgidus: ⁊ crudum pauonem in balnea portas:

Hinc subite mortes: atq; in testata senectus.
Jt noua: nec tristis percūctas fabula cenas.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

scem⁹: nec ymagines superas. Nescio quis. Crispinū intelligit cuius superbia paulo superi⁹ ostēdit. egypti⁹. Asie prima pars Egypt⁹: cui ppinqua arabia. qō Mella scribit: ꝓpterea Junc. ait Egypti⁹ atq; arabarches .i. arabū princeps: coꝛ scz qui tūc in vrbe erāt p qō etiā cū taxat cōditionis libertine ostēdēs. Nō tantū meiere sed etiā egerere. Vñ Hoꝛa. sat. viij. in pmo volumine ait. Atq; in me veniat micrū: atq; cacatum Julius. Et Sueto. scribit Neronē fuisse religionuz cōtēptoꝛē: ꝓter vni⁹ dee syrie: quā mox ita spꝛeuit vt vrina cōtaminaret alia supstitione captus. Vestibulis abeūt. Nisi vti superius expositi intelligik ibi scz ipse dies pulchꝛo ꝛc. hic locus nō recte exponi poterit: nā illud hoc aperit. Vestibulis abeūt ipsoꝛ scz diuitū. Est aūt vestibulū locus ante ianuā dom⁹ vacuus p quē de via aditus accessusq; ad foꝛes edium fit. Ipsa cm̄ ianua pcul a via fiebat area interstita q̄ vacaret. Autoꝛ Macrobius li. vj. sat. Vetereꝛ: ꝓpter hoc arguit magis amādos a diuitibus ipsis. Lassi. satis supꝛa cur lassi ostendimus. Votaq; deponūt. Ordo est: ꝛ deponūt cene vota q̄ꝫ̄ longissima. Apposito spes hoim: per acclamationē: erat cm̄ quid minimū qō sperabāt: longissima autē dicit: qm̄ seri⁹ dōm reduxerāt diutiusq; eluxerāt peracta iā nona hoꝛa: nā decima erat mēse vt patuit. Sensus ꝯo est. Vestibulis abeūtes cliētes cene spem relinquebant: q̄uis diutius eā sperassent atq; expectauissent: vltra scz spoꝛtulā: q̄ erat centū quadrantū. Deponūt. nō cm̄ recta cena dabāt eo tpe: sed spoꝛtula tantū. Emendus. ex quadrātib⁹. s. spoꝛtule: quos loco cene acceperāt. Interea. dū cliētes emebāt caules: ꝛ ignē ꝛ centū quadrantib⁹. Macuis. q: solus sine cliētibus. Thoꝛis. lectulis seu puluinis. q̄bus straris olim vescebantur. hinc Triclinij ab trib⁹ lectulis stratis dicebāt. De tot. ꝯo ex tot. Oꝛbib⁹. Citreas mēsas intelligit: de quib⁹ Plinius ipse lib. xiij. c. xvij. multa dixit. Vbi ym quosdā Cedrus p Citro male legitur. Ex hac aūt arboꝛe mēse magno emebant: nec putredinē seu cariē vlla sentiebāt: ꝓpterea dixit ꝛ tā antiquis. Est aūt Citrus apud Mauros plurima. In principio ꝯo dicti lib. xiij. ꝛ Cedri ꝛ Citri legik. Potes ꝛ argēteas patinas intelligere. Jam: q: soli optima edūt diuites. Parasitus. clicns. is Parasitus dicebatur: q: ofa cibi gratia laudabat: tolerabatq;. Dicik autē a para quod est iuxta ꝛ sirō cibus. sitos ꝯo frumentū. Quāta est gula. philoxenus erixius voluptatib⁹ deditus epularū: ꝓdigus est: vt lōgius sibi guttur q̄ꝫ̄ gruis fieret. Propterea q̄ tactu delectabāt. Autoꝛ est philosophus libꝛo. iij. ethicoꝛū. Gula aūt vt idē ostēdit lib. j. de animalibus intra collū est: cui comes arteria iungik priozem obtinens situm. Nam Cartilagine alteria constat: ꝛ sanguinis q̄ꝫ̄ exigui cōpos est: venulis complexa tenuibus. Arteria: accipiendi reddendiq; tantū modo spiritus officio fungitur. Libꝛo ꝯo scdo eiusdē operis ait: q̄ gula incipiēs ab oze deoꝛsum tēdit ad pulmonē septūq; trāsuersum: hinc se ad vētrē applicat maioꝛē. Animal. Macrobius li. ij. de som. ait. Animal esse coꝛpus animatū. Cōuiuia: de cōuinio video in sat. xj. video etiā plurima apud Gel. lib. xij. c. xj. Luxurie. voꝛacitatis. Sordes maculas vitia. Deponis amictus. vcz in apodyterio. i. spoliatoꝛio. Apodio cm̄ exuo significat. Turgidus: cibo repletus. qō quidē inicū est. Mavt scribit Cice. in Catone maioꝛe. tm̄ cibi ꝛ potionis adhibenda vt reficiank vires nō opprimank. Nec ꝯo coꝛpoꝛi solū subueniendum est: sed etiā menti: atq; alo multomagis. Crudū pauonē. i. indigestū. incoctū nimio luxu. Cruditates aūt vt refert Macrobi⁹ lib. vij. sat. cueniūt aut qualitate succi in quē cibus vertitur si nō sit aptus humoꝛi: qui coꝛpus optinuit: aut ipsius cibi multitudine nō sufficiente natura ad ofa q̄ congesta sunt cōcoquēda. In balnea poꝛtas instituerūt cm̄ medici quidā balneas ardentes teste Pli. quib⁹ psuasere cibos concoqui: multi ꝯo ad sepulchꝛū efferebank. hinc subite mortes. ab luxu videlicet: cui⁹ quidē mod⁹ est optimus. De Socrate cm̄ Laertius scribit: q̄ adeo parce ac tēperate vixit vt cū athenas lues sepenumero vastaret: solus ipse nūq̄ egrotauerit. Et Hoꝛ. li. j. epi. ad villicū suū ait. Cena bꝛeuis iuuat. Atq; intesta senect⁹. ofa luxu cōsumpserāt: hinc senes effecti nihil testari poterāt: seu subita morte oppressi intestati moriebanť. Ducik funus. funerale ꝯbū. Vergi. lib. iiij. geoꝛ. de apibus. Tunc coꝛpoꝛa luce carentū exportāt tectis ꝛ tristia funera ducūt. Ducik aūt funus. i. fiūt exequie seu efferk funus. i. cadauer ipsuz. Funus ꝓterea quū exequias designat ab funalib⁹ dicik: quū ꝯo morte significat ab greco trahik. nam phonos cedes interꝓetanť. Plaudendū. leticie dandum. Iratis: nihil cm̄ bonoꝛ illius habuerant.

Ipse dies pulchꝛo ꝛc. per ironiam dicit Romanos diuites pulchꝛe obseruare officiū singularū hoꝛarū: q: institutū erat narrante Marciale vt pꝛima hoza ꝛ secūda fierent salutationes tertia adirek foꝛū. ꝛ eū ordinē obseruabāt: sed in fraudē clientū: q: nō redibāt tēpestiue domū vt spoꝛtulam clientib⁹ darent. Vtcūq; intelligant alij ego sic intelligo: vt Romani magistrat⁹ q̄ pꝛeerāt iuridicendo pꝛima luce iuerint salutatū diriores vñ debuerint redire domū suā vt a suis salutarenť q̄ eos in foꝛib⁹ pꝛesto labanť: sz recta ibāt ad foꝛ vbi ius dicebat: ꝛ ita miseri clientes q̄ sperauerant salutando se merituros spoꝛtulam ex qua sibi compararent lautā cenā: videntes q̄ dñi non redirent depositā spe ieiuni et famelici abibant. Non ergo intelligo q̄ spoꝛtula pꝛimū petatur a clientib⁹ sed ab aduocatis clientuloꝛū: nec q̄ clientes deduxerūt aduocatos suos in foꝛū: sic enim iam spoꝛtulam meruissent: sed q̄ aduocati illi diuites pꝛiusq̄ clientes poterant aduenisse: abiuerint salutatū et petitum spoꝛtulam nec redierint donec tempus salutandi esset transactū ꝛ ita miseri clientes famelici redibant et princeps salutatoꝛū. i. q̄ plurimos diuites salutauerat post abitum illoꝛū lautissime cenabat. ꝛ id quidem solus qō signū summe gulositatis est: cui⁹ penā incidentaliter subiūgit dicēs: q̄ ex tali voꝛacitate sepe i balneis subite fiebant mortes. Ordo est. Ipse dies. i. officiū diurnū distinguik pulchꝛo ordine rerū: q: ad res ad quas institut⁹ erat dies seruato ordine. Spoꝛtula: supple petik a diuitib⁹ pꝛimū ꝛ hoc duab⁹ hoꝛis. del de Apollo iurisperit⁹. i. q̄ est iuxta foꝛū iudiciale vel qui leges licurgo dictrasse dicik sup. petik: sed melius pꝛiori modo ꝓpter hoc qō sequik. Atq; p et. ꝛ triūphales sup. statue decrete triūphatoꝛib⁹ ꝛ posite ad foꝛū iudiciale sup. petunt inter quas sup. triūphales statuas nescio q̄s. q. d. indignus q̄ nominek a me: egypti⁹ ex egypto: atq; p et arabarches .i. pꝛiceps seruoꝛ ex arabia ad cui⁹ effigiē. i. statuā ad eius similitudinē effictā: non est tantū. i. solūmodo fas. i. licitū meiere. i. mingere vel vrinā spargere. sz sup. qō ꝓpter honestatem pulchꝛe subticuit: ꝛ ergo honoꝛ sit aurib⁹ tuis lectoꝛ: etiā cacare aut oletū face-

Egyptus.

Vestibula.

Triclinia.

Citree mēse.

Parasit⁹.

Philoxen⁹

Gula.

Arteria.

Animal.

Apodyterium.

Cibi modus.

Funus.

Ascēsius.

ret: ausus est habere titulos.i.inscriptionē nominis sui.Et ita periphrasi.i.circūlocutione quadā fort angusti: per trāsitū tangat more satyrico Crispinū qui ex infimo loco ad eā gloriā vt illic statuaz haberet malis artib⁹ prouectus est.Cū ergo deberēt salutaris aliis redire domū vt a suis salutati in fozū decucerent: recta ibant in fozū.t ita clientes.i.familiares aut in fidem t tutelam eozū cōmissi: veteres longa obseruantia et side cogniti: t lassi ex longa statione vel expectatiōe abeūt.i.discedūt a vestibulis.i. locis ad standū et obseruandū ante fozes diuitū idoneis: erant essi defensi illic stantes a sole t imbribus: sed nō erāt intromissi: q: fozis sub tecto tamē stabāt.vnde vestibulū potest dici a ve particula quasi sine merito) hominū.i.quā eriā illi qui fores sunt habent: cū tamen maiora sperare debeāt: sit supple

Acclamatio. spes cene.Mancinellus sic exponit.et deponūt vota cene q̄p̄ longissima.t deinde per acclamationez additur spes hominū.Acclamatio autem fit quoties ad id quod dictū est acclamare cogimur ꝓpter mirabilitatē eius sicut.Eneid.Vergilius postq̄ retigerat que prius Eneas passus esset et quid superi permiserūt destrui vt Roma construeretur: acclamat dicens.Tante molis erat Romanā condere gentem.Est ergo hic ꝑm cū acclamatio vt sit videre que sit spes hominū.vel sic o spes hominū sup.viles t inanes.Potius diceremus appositionem vt sit deponūt vota longissime cene: vota dico existētia spes hominū.Idē Mancinellus intelligit vt ex quadrantibus sportule emāt cliētes cibi caules t reliqua. Sed ego intelligo vt sportulam non habuerint: nec sperauerint habere cenam ꝑa salutatis.Nō essi verisimile est vt vsq̄ ad horam decimam a prima illic steterint: sed sportulaz vnde vnam dūtaxat cenam cōparare possent sperauerant: oppiparā tamē: qua spe fraudati coacti sunt emere holuscula t igne ex propꝛijs pecunijs.Habent quidā codices hominī: vt sit ignis emēdus est homini miseris.i. ꝑ miseris domesticis.vel vt Geor.Val.accipit.Spes homini sup.hec manet ꝛc. sed quia plures hominum legunt acipiamus sic.Clientes abeūt vestibulis lassi t deponūt vota.i.desideria sua: desiderauerant essi habere bonam cenam ex centum quadrantibus sportule q̄p̄ spes longissima hominum sit sup.spes cene:id est q̄p̄ non sperauerint nisi vnam cenam ex tot laboribus tamen illusi sunt: et ita ignis emendus est.i.lignū vnde fiat ignis emendum est miseris.i.debet emi ab ipsis miseris: et caules.i.holuscula accipiēdo speciē ꝓ genere t partem ꝓ toto.nam caulis ea pars herbe est vnde se producit folliū. Caules igitur supple emendi sunt.Est enim hypozeugma:id est ab inferiore.Rex hoz:id est princeps: id est qui plurimas sportulas sibi acquisiuit: vel qui eos ita ꝓ libito regit: vel re vera quem sperauerant habere regem: sicut secūdo eneid.Chorebus dicitur gener Priami: q: fore sperauerat.Rex autem est dominus conuiuū vt sepe apud Martia.inuenies.Rex ergo horū.i.qui debebat eis dare vnde cenam haberent: vel saltem eos ad cenam inuitare: vorabit:id est ingurgitabit; interea dum ipsi miseri comparant sibi holuscula: optima supple obsonia.siluarum et pelagi.i.que in siluis et pelago possent comparari.i.optimas feras t optimos pisces:t iacebit:id est procumbet tantū: id est solūmodo: ipse nullo accepto:in supple thoris vacuis:id est lectis discubitoꝛijs quos ternos habebant: vñ triclinius dictum est:t singuli quatuoꝛ conuiuas capiebant: vnde Horatius primo sermonum.Sepe tribus videas lectis cenare quaternos.Jacebit inquam tantū ipse:id est nullo conuictoꝛe adhibito.nā cōedit supple plerīq̄.hoc enim moris est vt quotiens ad generalitatem referimus verba fine suppositis ꝓferamus vt ita aiunt.vbem quam dicunt Romam.Nunquid de spinis colligent vuas ꝛc.Comedunt ergo iam fere omnes diuites: patrimonia:id est omnes diuitias quas ex successione patris obtinuerunt vna mensa:id est in vna cena vel in vno obsonio sicut apud Horatium videre licet de ijs qui ex canoꝛis et preciosis auiculis cibum et qui ex vnionibus maximis potum sibi cōparauerunt.cōedunt ergo sic vt supple nihil reliquant de tot pulchris t latis et tam antiquis oꝛbibus:id est mensis rotundis ex citro factis aut forte argento aut eboꝛe.aut de tot vasculis rotundis.aut oꝛbibus que scissura vulgus appellat.pulchris:et quod ad precium facit.t antiquis: quod ad charitatem.Unde maxime damnandi rales sunt q̄ congesta forte multo sanguine t sudoꝛe t diu conseruata non sine maxima anxietate a maioꝛibus: vna mēsa cōsumūt.Nec placet vt dicamus de tot oꝛbibus.i.ex tot oꝛbibus: quasi ex oꝛbibus intelligamus eos cibos capere: q: tūc reliqui essent oꝛbes.nec intestati moꝛerētur.Nā potioꝛ sensus est subaudiendo q̄ dixi: vel nihil subaudiēdo sic.Comedunt vna mensa patrimonia a tot pulchris et latis et tā antiquis oꝛbibus.i.licet parentes eis reliquerint tot pulchros oꝛbes ꝛc.Cōedūt tamen totum patrimonium vna mensa.Nullus parasitus.i.sectatoꝛ t adulatoꝛ cibi gratia critiam.i. q̄ ita viuere volunt.vel postq̄ ita viuere instituerunt.Sed quis ferat.i.patiatur equo aio istas sordes.i.tā cōtemnendas feditates luxurie.i. quas ipsi luxu suo seu luxuria.i. nimia supfluitate sumptus faciunt quibus tamen se lautos putent appellandos.Et quidem artificiose dictum sicut in sequenti satyra.Cum sis inter socraticos notissima fossa cinedos: nihil essi est Sacraticis magis cōtrariū q̄ vt cinedi sint: t tñ q: illi qui cinedi erāt se Socraticos iactabant: coniunxit repugnantia.Similiter hic. Sordidus essi ꝓprie dicitur auarus nō audēs quicq̄ exponere ꝓ lautioꝛe vita.Luxuria aūt dicit vbi est superfluitas in amictu aut victu aut corporis ambitione etiam in segetib⁹.Quomodo ergo dixit sordes luxurie: Certe q̄ in eisdem sunt.Sordidi essi merito dicunt: q: nullū admittunt clientulum aut parasitum.Luxuriosi autē in sumptu: q: vna cōmedūt patrimonia mensa.Et ideo acclamat poeta per indignationem satyricam.Quanta est gula:id est voracitas hominū: vel quāta: id est q̄ magna est gula: id est ea pars hominis qua cibus ingurgitatur: quasi dicat oportet sit q̄ maxima: vtpote que ponit sibi:id est vni nullo admisso totos.i.integros apꝛos animal per appositionē: quasi dicat apꝛos dico existentes animal natum propter conuiuia: id est cōmessationes: essi tamen conuiuia honestioꝛa sint a cōuiuendo dicta.Et potest esse sensus vt dān et cōsuetudinem eoꝛū qui ex apꝛis epulum dabant: quasi sine eis epulum dari non possit.Vel vt damnet eos qui animal natum: id est a natura pductū propter cōuiuia.i. vt plures simul viuant: ponunt sibi solis.Primus autē apꝛum solidū apposuit epu-

presens. lis Serullius tullus: vt autoꝛ est pli.Pena tamē sup.est presens.i.in promptu vel presto siue q̄ primū

inseqnēs:sicut venenum dicitur presens quod ꝯ citissime necat:r deus vel amicus presens qui qꝫ petitur ꝯ ocissime confert. Pena ergo.i. vindicta vel punitio est presens.i. statim sequitur: quum.i. quando tu sic vorax cibos:deponis amict' vt intres balneū postero die ꝯ pauonē vorax ueris: vt lautus ad aliā cenam properes:r quum tu Turgidus.i. habens ventrem inflatū portas pauonē crudū.i. indigestū in stomacho tuo:in balnea. Est em̄ caro pauonis difficillime digestionis. vnde sanctus Augustinus de ci uitate dei lib.xxi.ca.iiij. Quis enim inquit nisi deus creator omniū dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Quod cum auditu incredibile videret euenit: vt apud Carthaginē nobis cocta apponeretur hec auis:de cuius pectore pulparū quantū visum est decerptū seruare iussimus: quod post dierū rātū quantū alia caro quecūqꝫ cocta putresceret: prolatū atqꝫ oblatū nihil nostrū offendit olfactū. Itemqꝫ repositū est post dies amplius ꝯ triginta idem quod erat inuētū est. Idemqꝫ post annū: nisi ꝙ aliquātulum corpulentie siccioris r cōtractioris fuit. Hec ille. Bene ergo hic pauonem crudum dicit: forte tamen pro homine crudo. Nam crudus est cui cibus indecoctus r indigest' in stomacho est. cuius aspectus immitis fere est: vnde r crudelis dictus: sed etiam cibum crudū vulgo dicimus. Sciens autē lautioza conuiuia Romanis fieri solita post ꝯ lauti r vincti in balneis fuerant: et ita solūmodo cenarum sumptuosarū mentio vbiqꝫ fit. Nam prandia reprehēdebātur. hinc id est ex hac balneatione repleto stomacho: fiunt supple mortes subite r senectus intestata: id est que nullum fecit testamentū. Vel quia vnde faceret non habuit: vel quia subita morte preuenta non potuit. Noua fabula: id est fabulatio: it id est diuulgatur per cunctas cenas. Funus: id est feretrum in quo erat cadauer. vel ipsum cadauer plaudendum: id est cum plausu accipiēdum ducitur: id est effertur ad sepulchrum amicis: id est ab amicis iratis. Item vtitur antithetis: id est contra positis. Nam irasci de re plaudēda nō est vero simile. Sed varie responderi potest: vel vt amici videantur irati sub persona: id est sub inuolucro capitis quod caputium vocant: attamen sibi plaudant ꝙ ita mortuus sit anteꝯ omnia consumpserit. Nam vt in veteris mimi prouerbio est apud Aulum Gelium: heredis luctus sub persona risus est: vel vt funus plaudendum dicatur ab alijs epulonibus quibus plaudendū erat in tam vocacis hominis morte: et amici irati sint: propterea quia parum reliquerit. Vel reuera plaudendum amicis: quia iam mortuus sit: iratis: quia non prius.

pauo.

Crudus.

¶Nil erit vlterius quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem cupient: facientqꝫ minores.
Omne in precipiti vitium stetit: vtere velis:
Totos pande sinus: dicas hic forsitan: vnde
Ingenium par materie est? vnde illa priorum
Scribendi quodcūqꝫ animo flagrante liberet.
Simplicitas: cuius non audeo dicere nomē?
Quid refert dictis ignoscat Mutius: an non?
Pone Tigillinum: teda lucebis in illa:
Qua stantes ardent: qui fixo gutture fumant:
Et latum media sulcum deducit arena.
Qui dedit ergo tribus patruis aconita: vebatur
Pensilibus plumis: atqꝫ illinc despiciat nos?
Cum veniet cōtra: digito compesce labellum:
Accusator erit: qui verbum dixerit: hic est.
Securus licet Eneam: rutulumqꝫ ferocem
Committas: nulli grauis est percussus Achilles.
Aut multum quesitus Hylas: vnamqꝫ secutus
Ense velut stricto: quotiēs Lucillius ardens
Infremuit: rubet auditor: cui frigida mens est
Criminibus: tacita sudant precordia culpa:
Inde ire r lachrime: tecū prius ergo voluta
Hec: animante tuba galeatum sero duelli
Penitet: experiar quid concedatur in illos
Quorum flaminia tegitur cinis: atqꝫ latina.

¶Nil erit vlterius. Postꝫ poeta ipse varia diuersaqꝫ vitia supra ostēdit merito hec verba profert. In precipiti in abrupto r cacumine ac sūmitate adeo ꝙ vlterius pgredi nō potest. Vitium, dixit philoso. autore Laertio: vitiū ad miseriam atqꝫ infelicē vitaz sufficere: quātūlibet corpus affluat bonis. Utere velis: scipsum hortatur ad scribēdā satyrā vel monitor ē amicum introducit. Loquit autē metaphorice os: naute em̄ velis vtūtur: quo citius port e neant. Sinus. ingenij vires. Dicas. dicere posses. Ingeniū: naturalis sapiētia ingenium est: autore Donio. Et Ciceronius in rheorica sic ait. Ingeniuz est vis quedaz naturaliter animis insita suis viribꝰ prevalens. In ingenio itaqꝫ r sapiētia est r eloquētia. materie vitiorū scz. Unde illa priorū. Flaccꝰ in Satyra quarta ostēdit. Eupolis r Cratinus Aristophanesqꝫ poete. Atqꝫ alij quoz comedia prisca virorū est. Si qs erat dignꝰ describi: ꝙ malus aut fur. Aō mechꝰ foret aut sicariꝰ aut alioqn famosus multa cū libertate notabāt: hinc omnis pendet: Lucilꝰ hosce secutus: mutatis tantū pedibꝰ munerisqꝫ facetꝰ. Cicero demū li.iiij. tusc. scribit ꝙ ne liceret carmē fieri ad alterius iniuriam leges sanxerunt. Simplicitas. libertas. Simpliciter enim loquit qui aperte et libere dicit. Est autem libertas potestas viuendi vt velis: autore Cicerone in parado. Cuiꝰ non audeo dicere nomen. Domitianus enim libertatē ipsaz oppresserat. Quid refert dictis. Loquit adhuc amicꝰ: r sensus est. Si mutius scevola in quē olim Lucilius inuectꝰ est in se dictis parceret: vel nō nihil referret: r id quoniā nulli erant imperatores: sed res publica libera. hinc Lucilius euz libere carpere potuit. Nūcꝯ minime liceret impu-

Manci.

Vitium.

Ingeniū.

Libertas.

ne aliquem carpere.imperatores enim vlciscerentur.Hinc ait pone Tigillinum.Refert: distat dictis in se ab Lucilio quondā.Pone Tigillinū:vt olim Mutium Lucilius posuit.Tigillinū vero.i.hominē gratum imperatori:vt fuerat Tigillinus Neroni.De Tigillino aūt latius dictus est superius.ibi.Cum fas esse putet ⁊ cetera.Pone Tigillinum teda lucebis ⁊cetera.Hinc Cicero libro.ix.epistola ad Papyriū optime ait.Reliquū est ne quid stulte ne quid temere dicam faciam ve contra potentem.Teda affixo li gno quod tedam appellauit:quia vti teda arderet fixo gutture:scilicet vnco quo tracti fuerant in are nam ad scalas gemonias:vbi postea pendentium crura frangebātur: et iniecto igni ardebant vel fixo gutture fumāt:quoniā affixi palo:vt Seneca tradit cōburebātur.vel vt Suetonius refert:quia noxijs gladij mucro mento supponebatur:vt visandam faciem praeberet omnibus.Deducit.ordo est lucebis in illa teda qua ardent stantes qui fumant fixo gutture: et qui deducit latum sulcum in media arena: per quod non omnes qui vrebātur vnco tractos intelligendum:is autem ordo verissimus est quē per me excogitatum:postea magis confirmauit quidā antiquissimus textus:erat enim super deducit pro
Tigillinus glosula qui appositum:deducit trahit.Qui dedit ergo tribus.respōdet amico pocta.ergo quia simpli citer ac libere in aliquos scribere minime nūc liceret vti quōdā Lucilio.Trib⁹ patruis.de ipso Tigilli no intelligendū.Prob⁹ esti vt aiūt sic scripsit.Ad.Opponi⁹ Tigillin⁹ homo omniū nequissim⁹ tris pa
Aconitum truos habuit quos oēs vt eorū hereditatib⁹ potiret veneno absumpsit:subtractisq; anulis ⁊ falso tabu lis signatis hereditates summo scelere cōsecut⁹ est.Aconita.Solin⁹ scribit in ponticis oris aconē por tum esse qui prouētu malorū graminū vsq; adeo celebris est:vt noxias herbas aconita illinc nolemus. Uehatur sup.sine reprehēsione.Pensilib⁹ plumis:eleuatis in letica.Quū veniet cōtra.consulentis seu cōmonētis amici verba.Digito cōpesce labellum.Perfer erit lucro lingua retēta tuo.inquit Quidius Qui supple illi.Uerbum dixerit.sic legi aiunt:in antiquissimis codicibus quod quidē magis superio ri sententie conuenit.Nam si etiam bene diceres accusatori:tamē falsa referret: hinc tacere melius hic est.eiusdem amici ostendentis accusatorem vor est.Securus licet Eneam.Per hunc ⁊ alios subsequē
Eneas. tes mortuos tantum ⁊ quasi incognitos viuentibus impune reprehēdi posse ostendit.Enea.Eneas laudabilis interpretari potest.enos enim est laus.eneo laudo Anchise autem Troianiz veneris filius Troianorū dux fuit.de quo late Maro et Liuius.Rutilūq; ferocē.Turnum intelligit Rutulorū regem
Ardea. qui ardeam incolebat antiquo in latio sitam.Unde ⁊ Strabo lib.v. ardeam appellat Rutulorū Colo niam.De distantia vero ab mari quam ponit ipse secus est.Nam longe propior mari est.Ponit esti dia.lxx.Cōmittas.tue satyre inferas.Percussus:id est reprehēsus ab aliquo.Hylas.Is vt Strabo do
Hylas. cet lib.xij.ex sociis Herculis fuit qui etiam argonauta erat.Probus addit q; in Mysia dū ad hauriendum aquam Ascanij fluuij vnam extulisset:⁊ ad ripam accederet adamatus ab nymphis ⁊ raptus est. Strabo vero iuxta Prusyadem vrbem in Bithinia fuisse scribit vbi festa quedam celebrātur:in quibus per montes vagi ac saltantes Hylam vocabant.Hylas autem resono vel clamo significat.Ense velut stricto.Consulere Juuenali amicus videtur ne reprehendēdo aliquos nominet.Quisq; enim sue culpe conscius in se quoq; reprehensionē accipiet:q̄uis minime nominatus.Velut.tanq̄.Stricto:cuagina
Infremuit to.Ardens:iracūdus.Infremuit.reprehendendo exclamauit insonuit.Est enim fremere magnū sona re.vt Nonius ait.vir.fremit impia plebes.Rubet auditor.speculum enim mentis est facies.vt inquit
Facies. Hieronymus de castitate loquens:⁊ taciti oculi cordis fatentur arcana.Rubet auditor.id quidem pu
Rubor. dore accidit.natura enim cum aliquid ei occurrit honesto pudore dignum:imō penetrat sanguinem: quo cōmoto atq; diffuso cutis tingitur:⁊ inde nascitur rubor qui color est sanguinis: quem natura pu dore tacta ante pro velamento tendit:vt phisici dicunt.de quo legito Macro.lib.vij.Cui frigida mens est criminib⁹.Uacare culpa magnū est solatium inquit Cicero libro.vij.epistola ad Trebatiū.Frigida mens criminibus.scelerū timore id euenit.Unde etiam tremere solent q̄ timent: quia virtus anime introrsum fugiens neruos relinquit quib⁹ tenebat fortitudo membrorū:⁊ inde saltu timoris agitant de hoc etiam Macro.lib.vij.satu.Tacita.latenti.Sudant.propter angorem ipsi⁹ culpe:anxietatē.pre cordia.exta homini ab inferiore viscerum parte separant membranis q̄ precordia appellant: q: cordi pretendunt.pli.libro.xj.Interpres.Item Aristoteles lib.j.de animalib⁹ sic ait.Tenuissimū medio sub pulmone septū transuersum pectoris est.q̄ precordia et cinctum appellant: costis et sub cartilaginis spine annexū parte media tenue membraneaq; exiliate contextum.Inde ex culpa ⁊ intellecta reprehen sione q̄uis minime nominat⁹ irascat: quid igit ageret nominat⁹?Ire.i.veniūt et lachryme.solent esti pre nimia ira etiā lachrymari.prius.antecp aliquē reprehēdas.Ergo qūi reprehensi maxime irascunt et scribēdi libertas ablata est.Hec que superi⁹ dicta sunt.Animante tuba.i.hortante ⁊ impellēte ad pu gnam:quo verbo Macrobius etiā vsus est lib.j.de som.sic dicens.Spē regis animauit.Et lib.v.satu. Sic.Sed ⁊ ipse future felicitatis alauit.Uel si anime aūt tubas (vti in antiquissimis codicib⁹ legi aiūt) placeret:sic cōstrue.Ergo prius tecū volupta hec o anime.i.o mēs ante tubas.i.antecp tube sonent ad pugne initiū:hoc est antecp scribas:⁊ sic poeta loquitur.nam seipsum cōmonet.Aliter esti amici verba essent.Poete vero illa.Experiar quid cōcedat ⁊c.Duelli:hoc est belli.ex duello esti bellū factū est.autore
Appia via. Fabio lib.j.Experiar.ostēdit se mortuos reprehensurū.Flaminia.de hac iā superius.Latina.preclaValeria ⁊c. rissime sunt vie:vt Strabo docet libro quinto.Appia: latina.Valeria.Appia quidam ad mare vsq; si
Latina via messam protenditur.Valeria vero in Sabiniam vsq; marsios.a Tyburtinis enim capiens initium ad
Algidum. marsios ⁊ corphiniū.pelignosq; metropolim ducit.In ea latine vrbes sunt.Valeria ⁊ Carseoli et Alba.
Ferentinū Inter appiam et valeriā media latina est:que ad Casinū oppidum coniungitur appie:ab capua decem
Frusino. et nouem distans stadijs.Transit autem latina per Tusculanos montes ad oppidum descendens al
Fabrateria. gidū.postmodū i ipsa latina vrbes sunt Ferētinū Frusino ⁊ Fabrateria iuxta quā terus Amnis fluit.
Aquinum Aquinūq; magna ciuitas est.iuxta quam Melpis flumen labitur ingens.Casinum preclara ciuitas
Casinum. est latinorū nouissima.Hec ex libro.v.Strabonis.Uia autem flaminia ⁊ latina mortuorū tumuli erāt.
Augusti. Unde idem poeta Satyra quinta ait.Et cui per mediā nolis occurrere noctez Cliuose veberis dū per
Mausoleum. monumenta latine.Augusti quoq; reliquias in Mausoleo: hoc est monumento inter flaminiā viam ripāq; tyberis condiderūt:qō opus serto suo consolatu extruxerat circūiectasq; siluas et ambulatio nes in vsum populi tunc iam publicarat.quod Suetonius scribit:latius tamen Stra.lib.v.

Nil erit vlterius ꝛc. Hic incipit vltima inter principales partes huius satyre in qua poeta sic procedit. Primo ostendit ola vitia tpe quo motus est ad satyrā scribendaz fuisse in summo graduita vt posteri Ascēsius.
nihil noui sceleris excogitare possint ; ꝛ ergo cohortat se i scōa persona tanq̄ alīū dicēs: vtere velis ꝛ pāde toros sinus .i. plenā operā in scribenda satyra. verūtamen q̄ non viuorū sed mortuorū vitia licituz erat nominatim carpere: ideo inducit ad imitationē persii monitorē: et dicit: q̄ ola q̄ nunc regnāt vitia: carpere nō possum expresso nomine eius : q̄ ea commisit: qō tamē presupponere video. Et ex quo per hoc infero mihi scribendum esse: tu quisquis ades admonitor vel castigator dicas mihi hoc loco: vñ o Iuuenalis fiet tibi libertas scribendi quicquid velis sicut facta erat priozib' vt Lucilio ꝛ grecis: quasi dicat nullo pacto fiet tibi. Ad qō poeta more irascentiū ex arte rhetorica cū respondere nequeat ad interrogata: id cōi lata lege cautū erat ne quis famosum libellum ederet: obijcit aliā questionem dicens. Cuius non audeo dicere nomen: quasi dicat nullius non audeo. immo cuiuslibet audeo quod confirmat exemplo Lucilij qui mutuum reprehendebat paruifaciens an ignoscat nec ne. Ad quod admonitor. queris cuius nomen non audeas dicere. Pone solūmodo Tigillinū .i. quemuis pessimum ꝛ vilissimum hominem: sed magnum adulatorem et imperatori charum sicut erat Tigillinus Neroni: tu statim ad supplicium traheris quomodo quidam martyrum sanctorum a Nerone trahi iussi sunt. Ut enim dicit Carderinus: duo genera supplicioꝝ erant apud antiquos. aut enim puniebanꝫ more maiorum hoc est pendentes e furca nudis corporibus ꝛ cesi virgis vsq̄ ad mortem : vt Trāquillus interpretatur: ad scalas gemonias trahebātur: hoc est inserto gutturi vnco produ cebātur in harenā vbi postea pendentium crura frangebantur et iniecto igni ardebant: hoc genus supplicij in Claudio commemoratum est a Suetonio tranquillo. ꝛ Nero exercuit in christianos: quibus ardentib' in vsum luminis vsus est. Nouum excogitauit Domicianus qui faces per obscena immitti iubebat: hec ille. Ad hoc autem obiectum admonitoris respondet poeta. si ita est q̄ suppliciū de me sumeret: permittam ergo homicidā pessimū in malitijs suis gloriari ꝛ nos despicere. Immo dicit admonitor. cuz obuiam forte venerit digito cōpesce labellum ne verbum siue bonum siue malū dixeris : quia accusator aderit: sed sivis scribere satyraz esse poteris securus: licet committas libro tuo antiquissimos heroas et principes: et apud latinos aut Troianos Eneam et Turnum: apud Grecos Achillem : qui percussus .i. postq̄ occisus est nulli grauis est et etiam hylam q̄uis sit multum quesitus. Respondet poeta verum quidem est q̄ id securus faciam sed non tā vtilis reipublice aut bonis moribus: nā quis fructus sequetur si mortuos carpā: quasi dicat nullus. At cū Lucillius mordaci verbo quasi ense stricto vitiosos p̄stigauit viuētes crubuerūt ꝛ alij veriti sunt peccare. Respōdet admonitor : verū quidē dicis : sed lachryme ꝛ ire nascebant: quadhuc nascerent: inde .i. ex illa manifesta reprehensione. ꝛ ita cōstitues tibi multos inimicos. cogita ergo hec priusq̄ feceris. Nam si quem p̄uocaris ad pugnā tiā in harena seu loco ad hoc constituto galeatus prodeas: tunc tardū esset nimis si iste duelli penitere ceperit. Respondet poeta bene mones. et ergo ego experiar quid libertatis mihi p̄cedatur in eos qui in vīs publicis sepulti sunt. q. d. in mortuos. At si velit dicere se scripturū esse in sequentibus in mortuoz vitia. Quod subtilissime facit: q̄ nō est dubiū quin multa scribat in Domitianū ꝛ eius adulatores: sicut Persius in Neronem: sed sicut Persius quedam inserit vt possent ad alium referri: ita si quis ea q̄ Iuuenalis scribet in Domitianuz scripta affirmauerit: possit dicere protestatū esse se nihil scripturū nisi in sepultos. Et hec sententia meo iudicio est. Scio verū esse qō Comicus dicit. Quot capita tot hoim snias spero tamen fore vt multi peritoz in nostrā ierint. Nā filū satyre sic optime nectit. Ne tamen de inuentis meis gloriet: ordinē familiarē dūtaxat reperā qui hmōi est. Nil sup. vitioꝝ: erit vlterius .i. vltra ea q̄ modo fiunt: qō posteritas addat .i. qō posteri siue qui post nos venturi sunt. addant .i. addere possint nostris moribus .i. institutis siue modo viuendi q̄ pessimus est. Minores supple in tpe .i. posteriores nostri: cupient supple facere ꝛ facient cadē supple facinora: quasi dicat nihil noui aut cupere aut facere poterunt. ꝛ quia quodāmodo minus est cupere tantū: q̄ cupere ꝛ facere: cū plus ꝛ peius sit cupere malum et non facere q̄ facere ꝛ non cupere: ideo prepositum qō minus est: sicut Verg. in .vj. cū. Aut oēs immane nephas auso potiri. Omne vitiū stetit .i. semel fuit: in precipiti .i. in supremo vertice : vnde patet precipitiū. Verterem a vertendo eo q̄ cū altius ascēdi non possit illinc vertendū sit: ꝛ preceps est qō fit capite prioze siue anteriore. sicut qui altius q̄ datū est arti aut nature ascendere volunt. Quia aūt officia vitiū sterit in precipiti .i. iam consummatū est ꝛ in supremo gradu fuit : vtere o Iuuenalis (cohortatur cōi vt dixi seipsum) velis ꝛ pande .i. aperi et expone ventis totos sinus .i. incuruaturas tam velorum q̄ antemnarum: hoc est naniga plenovento quod est naua plenā operā ad satyrā scribendā. Nauare aūt est cito ꝛ multum ad optatū perducere: eo q̄ nauib' cito ꝛ multa et longe plura q̄ curribus ad portum perducimus. Naues autem tūc maxime pceduī quādo habent fluxum secundū .i. sequentē ꝛ a tergo: ideo secūdare dicimus pro fortunare aut prosperare. Item quando vtimur remigio ꝛ vento vnde qui pleno cursu se aliquid facturos pollicent dicūt se vsuros velis ꝛ remis. Verūtamen vbi bonus est ventus nō est opus remigio: ꝛ ideo q̄ plus pcedit ventis aut velis q̄ remis: dixit vtere remis. ꝛ pande totos sinus. Sinus aūt est oīs angulus inuolutus: capax alicuius rei: vt sinus maris: sinus veloꝝ: sinus oculoꝝ: sinus etiā vestiū potissimū in pectore. Nā gremiū inter femora dicit : nec placet vt sint verba admonitoris : q̄ iā primū introducet monitorē dicens. Tu quisquis es admonitor forsan dicas hic .i. in hoc loco: hoc est ad hoc q̄ significaui mihi toto conatu scribendū esse: eo q̄ iam maxime regnant vitia: presupponēs q̄ ea possem reprehendere: dicas inquā o Iuuenalis: vnde sup. tibi detur ingeniū par .i. sufficies materie. si scribere sup. liceret. ꝛ vñ sup. fiet tibi: simplicitas .i. vniformitas ꝛ indifferentia siue mera libertas scribendi quodcūq̄ .i. quācūq̄ rē. siue quocūq̄ peccatū liberet sup. scribere animo flagrante .i. dū anim' flagrat .i. ardet: tercādescit cōtra vitia. q. d. ꝛ liceret scribere ola vitia que nūc regnant: non sufficerent vires ingenij: ꝛ si sufficerint nō liceret propter legē latam. Ad quod Iuuenalis querens cum indignatione: q: dictū erat simplicitas quasi auderet hos notare ꝛ nō illos. Cuius non audeo dicere .i. aperte infamare nomen. q. d. nullius non audeo immo cuiuslibet audeo. Quid esset refert .i. q̄d interest an mutius albutius vel vt quidam dicūt Scevola quē Lucillius carpsit dicēte Persio. secuit Lucillius vrbem. Te lupe tenuit ꝛ geminū fregit in illis. An inquā Muti' igno-

scat.i.veniam det Lucillio an nō.i.an quiuis nobilis ignoscat mihi an non? quasi dicat nihil refert an quiuis nobilis reprehensus a me ignoscat an nō? sicut non retulit an murius ignosceret Lucillio an nō. Et nō intelligas q̄ Juuenalis velit reprehendere Mutiū: sed quēuis similē: nec q̄ aduersari? si ne admonitor loquat de Tigillino q̄ erat tpe Neronis: sz de quouis adulatore sic charo imperatori Domitiano sicut Tigillinus Neroni. De quo Sueto. sic. Admodum Tigillinus obscuris parentib?: fe da pueritia: impudica senecta: prefecturā vigiliz z pretorij z premia virtutum quo velocius erat vitijs adeptus: crudelitatem mox: deinde auaritiā z virilia scelera exercuit corrupto ad omne facinus Nero ne ꝛc. Dicit ergo admonitor rogas cuius non audeas dicere nomen. Non solum audeas ponere Mutium.i. virum nobilem z potentem sicut erat Mutius: sed pone: id est describe solummodo Tigillinum: id est quemuis vilem hominem z sceleratū: charū tamen imperatori sicut erat Tigillinus Neroni. tu lucebis: id est lucidus z inflammatus stabis in illa.i. nota z famosa reda.i. ligno pingui cito z clare ardenti cui affixi erant. Legitur autē residuū tribus modis. Nam Caderinus et Valla dicūt q̄ media arena sit nominatiui casus: et licet media in vltima corripiatur excusatur: q̄ est vltima dictionis et prima tertij pedis: sicut ibi. Omnia vincit amor et cedamus amori. Et ita ordo fm eos est. Tu lucebis in ea reda: qua ardent stantes qui fumant gutture fixo per vncum quo tracti sunt vel per ensem supposituū. et supple qua media arena deducit: id est deducendo facit in se latum sulcum.i. latam fissuram. Mancinellus dicit non nominatiui sed ablatiui casus esse: verum licet subaudiatur q̄ numerus non quadrat. Ego autem potius legerem fumat: vt sit. Qua stantes ardent et is supple qui fumat fixo gutture: et is qui deducit latum sulcum in media arena. adhereo tamen prime sententie. Respondet poeta. Ergo si ita est q̄ non audeam etiam vilissimum hominem notare dum viuerer: Tigillinus supple z quiuis alius similis Tigillino qui dedit tribus patruis: id est fratrib? patris sui vt hereditatez haberet aconia: id est succū illi? herbe venenosum vehet.i. sinet p me vehi: z exaltari in plumis pensilibus.i. plumarijs in lectica pensili fulsitus: atq̄ despiciet: id est deorsum cum contemptu videbit nos illinc: id est ab illis plumis seu illa lectica. Immo inq̄t admonitor: cū talis veniet obtra tibi.i. obuiam cō pesce.i. cōclude vel cōprime digito labellū ne quid supple locaris: q̄ qui dixerit verbū.i. si quis est q̄ dixerit verbū accusator erit: id est aderit supple dicens: hic est o imperator qui supple hoc dixit. Vel si legis verum sic. q̄ accusator erit dicens hic est qui dixit verū.i. qui dixit aut te adulatorem aut imperatorem perditū aut aliquid simile quod verū est: non tamen dicet te verū dixisse: sed mentitū esse: licet verū dixeris. Est in fabellis vulgaribus cū quodam tempore leo rex situarū egrotaret lupū illi autuliſſe arietem pinguē: et ita lete acceptum et deductū per regias omnem que ossibus z pellibus predarū fœda erat: interrogatumq̄ an ne bene oleret, respondisse q̄ non. ob quod indignatus rex illi pellem a scapulis detraxit: z ita sanguinolentū exeuntem aduentanti vulpi occurrisse: z illi casum suū exposuisse. quem cū vulpis vitare vellet contra dixisse q̄ bene oleret ad quod rex: alter inquit vestrū mentitus est et cum nesciam vter: parem penam dabitis. itaq̄ illi quoq̄ pellem detraxit: quam rem vbi vulpes intellerit que pullū afferens regem quoq̄ visebat. finxit se cū similiter interrogaret tantū piscatui incubuisse q̄ pre reumare nihil olfaceret: itaq̄ salua euasit. quod cū ceteri admirarentur in domib? inquit regū neq̄ verū neq̄ falsum dicere licere nouit: tacens ergo euasi. Licet ergo verū dixeris: immo si quoduis verū dixeris accusaberis: sed securus supple esse poteris.i. sine cura: quia extra periculum licet committas: id est inferas carminib? tuis Eneam filium Veneris et Anchise. z caput Remani generis: aut rutulum ferocem dū viueret qui egre tulit q̄ a Junone manib? Enee ereptus esset. Achilles fortissim? Grecorū filius Thetidis z pellei regis thessalie percussus. id est occisus a paride z dei phebo in templo Apollinis: nulli pro non et vlli non est grauis: id est modest? vlli q̄ dū vinebat molestissimus erat omnibus Troianis: et etiam Agamennoni imperatori exercitus Grecorū. Et melius exponitur percussus: id est occisus q̄ reprehensus: immo magis proprie dixit percussus q̄ si occisus dixisset: quasi manu diuina tact? dicente. Vergil. phebe graues Troie semper miserate labores. Dardana qui paris dixerit tela manuq̄. Et hylas puer dilectissim? Herculi questus multū z securus vnam: id est submersus cū vna nulli grauis est: quāuis Herculem vindicem habeat. Respondet poeta: quasi dicat id verū esse: sed minoris vtilitatis esse mortuorū vitia notare q̄ viuentiū: q̄ quoties Lucilius satyricus ille qui apud Romanos prim? satyram nouam scripsit: veteri tamen libertate ardens: id est acri et ardenti verbo insectans vitiosos adhuc viuentes vel vitia recitans velut: id est sicut ensestricto. id est nudato vel enaginato infremuit: id est fremitū ore indignabūdo dedit: auditor cui mens est frigida: id est timore et tremore perculsa: criminibus: id est ob crimina rubet supple in facie: et precordia. i. interiora circa cor sudant culpa. i. pre culpa tacita. i. latente. Dices quomodo sudāt precordia: si mens est frigida. Respondeo mentē esse frigidā non corr? metaphorice non simpliciter. sed criminibus. Si cui virtus ardens vt. vj. eneidos. Aut ardēs euerit ad ethera virt?: vnde charitas ignis est. Bene dicunt vitia frigida: etiam potest fieri naturaliter vt precordia sudent. et cetera membra fere frigeant. quasi dicat. Et ob id multi cauerūt peccare. Quia vt dicit in epistolis Horatij. Oderūt peccare boni virtutis amore. Oderūt peccare mali formidine pene. Respondet admonitor inde: id est ex hac re: quia timent et egre ferūt reprehendi: ire oriunt et lacbryme et ergo volutat: id est frequenter volue et considera hec tecū priusq̄ supple scribas: aut quēuis ad iram prouoces: q̄ penitet galeatū: id est qui iam ab Armigero galeam accepit vt congrediat cū hoste sero: id est nimis tarde tuba animante: id est classis instigantibus animos: hoc est quando tuba inflatur ad dandū animos conflicturis: et ita videtur meli? stare q̄ anime vel anima ante tubam vt sint verba monitoris. sicut Horatius in principio secūdi sermonū introducit arebatiū sibi consulentem meli? esse vt non scribat q̄ scribendo quemuis maiorum ledat: melius enim est: vt sint verba monitoris q̄ poete ad animū suū loquentis: q̄ sequentia verba sunt poete dicentis: ergo cū supple periculosum sit quemq̄ viuentiū prouocare. ego experiar quid concedat: id est permittat in: id est contra illos quorū cinis: id est vna in qua reliquie sunt tecti? id est sepelit in supple flaminia supple via z latina supple via que erāt strate lapidib? z multorū diuitum monumentis ornate: hoc est in mortuos vt prius expertum. Et hec est prima satyra.

Explicit prima satyra.

¶ Secunde Satyre argumentum. Qui simulat curios Satyra patuere secunda.

VLtra sauromatas ⁊c. Indignatus poeta multorū hypocrisi: hoc modo exclamat Sauromatas. Sauromate superiorē Asie partem occupāt que ad boream conspicit. Ipsi enim sunt qui Meotidē paludē circū habitant ex Amazonū semine procreati vastam quandā siluā inhabitant: cuius per mediū tractus Tanais intra ꝓpinquā paludē dilabit: multoq; prius inflatus borea: ⁊ per Scithiā diffusus immensam illuc conuehit glaciē: infeliceq; illos facit q̄ vicina incolūt loca. vt Dionysius scribit glacialē oceanū. Superi' ad boreā cum sol ibi tarde tepideq; illuceat ob ipsi' ab cursu distātiā: ⁊ vallatā altissimis colli' regionē: ex quib' obdurata inhorrescit glacie: q̄d ea loca circūfluit oceanū ab cōcretis vndis glacialē pontū appellāt. aut ab eo q̄ ibi fluct' interisse videātur mortuū mare q̄ etiā Dionysi' scribit. Audent loqui sc̄z Curios. i. curū ꝓbitatē. Marc' em curi' dentat' qui de samnitib' trium phauit: ⁊ de sabinis tertio: de lucanis pyrrhū epirotam ex Italia pepulit. legatis samnitū aurū offerētib' cū ipse in foro rapas tolleret malo hec iquit in fictilib' meis esse ⁊ aurū habentib' imperare. Demū sua plurima ob merita dom' eius amplificata est: et agri iugera quingenta publice data. Autor est pli. Qui curios simulāt. Mar. itē lib. vij. ad Gallā inquit. Quere aliquez curios semp fabiosq; loquētē hirsutū: ⁊ dura rusticitate trucē. Inuenies: sed hz tristis ⁊ turba cinedos. Difficile ē ꝙ nubere galla viro. Et bacchanalia viuūt. i. tanq̄ bacchanalia celebrātes. hec em sacra noctu in vrbe ⁊ clam celebrātur ab marib' ⁊ mulierib' hinc stupra ꝓmiscua ingenuorū feminarūq; erāt addire voluptates religioni vini ⁊ epularū quo pluriū animi illicerent erātq; plura viror' inter se q̄ feminar' stupra. Si qui min' patientes dedecoris fuissent ⁊ pigriores ad facin' ꝓ vi crimis immolare nefas nō putabāt. ibi denicq; ola nefanda patiēda ꝓmū. deinde faciēda erāt: inde etiaz falsi testes eribāt venena item ⁊ intestine cedes: multa dolo pleraq; ꝓ vim audebant. hec ex Liuij lib. ix. de bel. Macedonico. plura etiā dixim' saty. vj. ibi. hululāte priapo. Gypso. Gypsum calcis albe genus est. plura eius genera. Gypso autē madido statim vtendū est: q̄m celerrime coit ac siccatur. de quo Plinius libro. xxxvj. Chrysippi. Chrysippus zenonis siue Cleanthis auditor fuit vir quidam ingeniosus ac accutissimus in omni genere orationis. adeoq; in dyaletica insignis vt plericq; dicerent: si apud deos vsus esset dyalectice non futurā aliam q̄ Chrysippeā. fuit ⁊ laboris patientissimus vltra oēs quod ex eius voluminib' constat qui sunt numero septuagintaquinq;. Aiunt itē quingētos eum versus quotidie scribere solitū. Erat aūt imbecilli tenuiq; corpusculo: virtiq; annos tris ⁊ septuaginta. Autor est Laertius. Aristotelem: is voce gracili exilibus: parulisq; oculis fuit: veste insigni ⁊ anulis ac tonsura vtens. xvij. etatis anno Platonē audire cepit: annosq; viginti apud eum cōmoratus est. Interrogatus quidnam mendaces lucrantur: inquit vt cum vera dixerint nō illis credatur. Rogatus item quid differrēt docti ab indoctis inquit: que viuētes ab mortuis: parētes qui liberos erudiendos curassent dicebat lōge honorabiliores esse his qui solū genuissent. hos em viuēdi tm̄: illos etiam bene beateq; viuēdi actores esse. Interrogatus quo pacto discipuli egregie pficerent: si excellētiores ait prosequētes tardiores non attendant. virtutem ad beatam vitam sibi minime sufficere dixit. quippe corporalib' bonis exterioribusq; indigere: miserū atq; infelicē fore sapiētē siue doloꝝ' afficiat siue inopiā ⁊ ceteris hmōi incōmodis premat. obīt aūt quū esset annor. lxiij. hec offilia ex Laertio. Pittacō. fuit is mitylene' e septē sapiētib' vn' q̄ cū decē annis rēpublicā tenuisset ei a ciuib' tradita scipm spōte magistratu abdicauit. phocatio dicēti querēdū esse studiosum ac frugi virū: innuit etiā si valde q̄sieris nō inuenies. Dixit item amico noli maledicere ne inimico quidem. pudicitiā ama: veritati stude: ⁊ temp' nosce. Vixit annos plusq; septuaginta autor est Laertius. ¶ Archetypos: principalis seu antique figure. archi enim principalis dicit: ⁊ typos figura archeos item antiquum significat nobis dicunt etiam Archetipū quodcūq; ita primū fabricatū sit vt exemplar reliquis fiat. Plutei. Armarius. Plutei nam et tabule dicunt quib' aliq̄d presepit vt festus ait. Plutei em dicūtur q̄ ad similitudinē cassidis conteruntur e vimine: ⁊ alitq; vel corijs proteguntur in vsum bellicum. De quibus latius scribit Vegetius

Alanci. Sauromate.

Meotis thanais.

Oceanus glacialis

Curius dē tatus.

* Ocean' appellatur oīe mare qō ambit terram.

Bacchanalia.

Gypsum.

Chrysipp'

Aristoteles.

Indoctorum parētes.

Discipuli.

Virtus.

Diuitie necessarie.

Studios' vir.

Archetyp' Plutei.

¶ Satyra secunda.

VLtra Sauromatas fugere hīc lib et: et glacialem
*Oceanum: quotiēs aliquid de moribus audent
Qui curios simulant: et bacchanalia viuunt
Indocti primum: q̄q̄ plena omnia gypso
Chrysippi inuenias: nam perfectissimus horum
Si quis Aristotelem similem vel Pittacon emit:
Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthes.

Cleãthes. libro. iiij. Cleanthas vel cloantas: vt in antiquis legi. cleanthes añt primũ pugil fuit: pfect⁹ vero athenas apud zenonẽ studiose philosophatus est: memorie prodituꝫ est ipsum laboriosissimũ fuisse adeo vt inopia cogẽte se mercenariũ faceret ac noctu quidẽ in hortis hauriret aquas: interdiu autẽ operã studijs liberalibus daret. Erat illi quidẽ eximiũ studiũ. Ceterũ ingeniũ obtusum atq; tardissimũ: tamẽ id labore studio ac diligẽtia vincebat. Et quũ aliquãdo probro sibi daretur q̃ esset timidus: z ideo inquit parum pecco. Aiunt eum que ab zenone audierat in testa bouiq; ossibus inscribere solitum cum pecunijs careret quibus chartam emere potuisset. hocvite instituto clarius obtunuit: vt zenoni succederet. Reliquit autem pulcherrimos libros ac multos: hec ex laertio.

Ascensius. Vtra sauromatas. Licet in Satyris scribendis nullus seruetur ordo. videtur tamẽ satyrici ea primũ z maxime sectari vitia que pessima z pernicioſissima iudicauerũt. ideoq; horatius qui auariciã. i. malã cupiditatez iudicauit ois mali matrem dicẽs. Dãda est helleboro multo pars maxima auaris. Nescio an antycirã ratio illis destinet omnẽ: in prima Satyra auariciã persequit. Persius autẽ qui bonos poetas plurimi facere videtur: z ecõuerso malos pessime odisse: eos persequitur: qui poetica maiestate abutũtur: et aut inepte scribunt aut recte scripta inepte recitant. Juuenalis vo in hac Satyra que post cã que pro logi loco posita est primũ locũ obtinet maximos quosq; pessimi criminis arguit: z primũ philosophos qui z honestatẽ z sanctitatẽ z sapientiã profitẽtur: z tamẽ inhonestissime: iniquissime et stultissime viuũt. nã cũ sapientia homes maxime a beluis segreget: ipsi pluſq; belue scelus turpissimũ quod ptra naturã est cõmittũt. Deinde imperatorẽ Domicianũ qui cũ summũ debeat esse iustitie columẽ: leges tamẽ per immane nephas z incestũ a se reuocatas z approbatas trãsgressus est. Tum indices cause criminalis qui cũ seueritate metuẽdi esse debeãt: mollicie habitus z vite auctoritatẽ amittũt. Et postremũ sacerdotes potissimũ albanos qui cũ ceteris in honestate vite z integritate morũ z sanctitate doctrine prestare debeant: turpissimã vitam degunt. Quatuo: ergo facit. primũ in principio. Scõm incipit ibi. Quis tulerit: sed tractat ibi. Qualis erat nup ꝛc. vbi etiã adulteros taxat. Tertiũ ibi. Fugerũt trepidi ꝛc. Ultimũ ibi. Fedius hoc aliquid quãdoq; audebis. Oẽs añt he partes cõdependẽt: ita q̃ videtur esse quedã cõtinuatio materie. primũ ergo in pbos hypocritas insurgit quomodo saluato: noster scribas: pharisẽos p

hypocrite philosophãtes. pter hypocrisim maxime reprehẽdit. De his añt ita scribit Aulus Gellius lib. viij. ca. ij. Ad herodẽ atticum consularẽ virũ ingenioq; amenoꝛ greca facũdia celebrẽ adhũc nobis presentibus palliatus quidã z crinitus: barbaq; prope ad pubẽ vsq; porrecta: ac petijt es sibi dari: ad panes emendos scz. Tum herodes interrogat: quisnã esset. Atq; ille vultu sonituq; vocis obiurgatorio philosophũ sese esse dicit: mirari quoq; addit: cur querendũ putasset qõ videret. Video inquit herodes barbã z palliũ: philosophũ non video. Queso añt te cum bonavenia dicas mihi: quibus nos vti posse argumẽtis existimas: vt esse te philosophũ noscitemus. Interibi aliquot ex his qui cũ herode erant: erraticũ esse hominẽ dicebãt: z nullius rei: incolã q; esse sordẽtiũ gancarũ: ac nisi accipiat qõ petit cõuitio turpi solitũ incessere. Atq; ibi herodes. Demus inquit huic aliquid eris cuiusmodi est nõ ranꝫ boies tanꝫ homini. Et iussit dari precium panis. xxx. dierum. Tum nos aspicies qui eum sectabamur. Musonius inquit circũstanti cuipiã id genus z põm se ostentãti dari iussit mille nummũ. Et quũ pleriq; dicerent: nebulonẽ esse hominẽ malũ z malicioſum: z nulla re bona dignũ. tum musoniũ subridentẽ dixisse aiunt. dignus igit est argento. Sed hoc inquit potius doloꝛi mihi atq; egritudini est: q̃ istiusmodi aialia spurca atq; pbra nomẽ vsurpant sanctissimũ: z pbi appellant. Maiores añt mei Athenienses nomina iuuenũ fortissimorum harmonij z Aristogytonis: qui libertatis recuperãde gratia Hipiam Tyrannũ interficere adorti erant: ne vnq̃ seruis ludere liceret decreto publico sanxerunt: qm̃ nephas dicerent nota libertati patrie deuota seruili contagio pollui. Cur ergo nos patimur nomen pbie illustrissimũ in bolbus deterrimis exordescere. Hec ibi. Dicit ergo poeta sic. Quoties hi qui simulant curios. i. viros castissimos z maxime sobrios: z tamen viuunt bacchanalia: hoc est incontinenter et voluptuose audent de moribus disputare: aut mores docere: ego vellem aufugere hinc vsq; oceanũ glacialez vbi zona frigida perpetuo gelu rigens dicitur. primũ eñ sunt indocti. et tamen simulant se doctos z amatores doctoꝛum: ad qõ simulandum habent domi sue simulacra doctissimoꝛum philosophoꝛum. Quia quilibet videtur eius imaginem aut simulacrũ amare: cuius vitam amat. Et ideo inepti sumus christiani qui picturas prostibulis z lupanaribus dignas q̃ honesti viri thalamis in cubiculum nostrũ adducim⁹: neglectis aut paruis habitis saluatoris nostri sanctoꝛũq; imagiñib⁹. Ordo est. Libet. i. delectat z placet: fugere. i. perfugam celeriter discedere aut rapi quod plus est q̃ proficisci. hinc. i. ab hoc loco mihi natiuo: vbi libẽtissime esse debeam. Quod idem voluit melibeo dicenti apud Virg. Nos patriam fugimus: vltra sauromatas qui tamen superiorem partem Asie boream versus inhabitant. et per id vltra oceanum glacialem: id est vltra mare magnum perpetua glacie horrens: hoc est in zonam inhabitabilem propter perpetuum gelu: z habent ista emphasim. primo q̃ dicit vltra: quia satis durum z miserum esset illuc vsq; pficisci. Secũdo q: dicit sauromatas qui populi feri sunt z malo assueti. Tertio q: fugere qõ fugatoꝛum et expulsoꝛum est z pluſq̃ abire aut facesserе: aut proficiscꝛi aut migrare aut quouis pacto discedere. Hinc locum natiuum demõstrat natura charissimũ: z ita multiplex doloꝛ nascitur et a termino abs quo z a termino ad quem z a modo: q: per fugam. Et tamen libet. qõ plus est q̃ placet. nã id libet ad quod natura nos inclinat. Toties añt libet: quoties supple ñ qui simulant. i. per hypocrisim referunt z representant curios. i. viros cõtinentissimos z maxime sobrios qualis erat Marcus Curius dẽtatus: z viuunt bacchanalia. i. vitam ducunt more eoꝛ qui celebrant bacchanalia. i. bacchi festa in quibus fedissima peccata committebant. Et ita aduerbialiter positum: vel ſm Seoꝛ. qui viuũt. i. viuẽdo sunt ipsa bacchanalia. Lols turpitudinis domicilia: et hoc emphatice quo bolem scelestũ scelus appellamus. Et ita bacchanalia esset nominatiui casus. z est maioris significantie q̃ in accusatiuo. filũ tamen oꝛationis melius esset in accusatiuo: quoties inquã tales simulatoꝛes audent sup. biscere aut loqui aut mutire aliquid. i. quãtũcũq; modicũ de moribus. i. de institutis z modo debite viuẽdi. q. d. qui fedissime viuunt nõ debere mores honestos docere: q: vt dicitur. Turpe est doctoꝛi q̃ culpa redarguat ipsum. Quod z gregoꝛius z Ambroſius approbãt. Et annota diligentiã poete: qui in fuga. ista auxit:

hic oia diminuit. Nã nõ dicit quoties disputãt aut declamatiões in propatulo faciũt: sed quoties audẽt: qõ quodãmodo minus est saltẽ ad indignationẽ excitãdã ꝙ faccre: q; multi audẽt qõ nõ faciũt. cõtra. Siemo facit nisi coactus qõ nõ audet. Pulchre etiã subticuit verbũ hiscere aut mutire: aut simile: q̃ si q̃ nescierit inuenire verbũ significãs tã modicã mẽtionẽ de moribus facere quin malit aufugere ꝙ audire. Et signãter addit aliquid. q. d. quãtulũcũq; exiguũ. Tales aũt q̃ se curios simulãt ⁊ bacchanalia viuũt sunt primũ indocti: qui tñ se philosophos dicũt. Añ ordo est. hi sup. sunt primũ. i. in primis idocti. Uel sic. primũ. i. primo loco in hoc gñe sunt indocti ꝙ ꝙ. i. tametsi inuenias. i. q̃libet inuenire possit apud eos oia supple loca plena gypso. i. statua gypsacea chrysippi. i. illius diligentissimi ⁊ doctissimi philosophi. Et si queras quare statuas philosophoꝝ domi habẽt. Respõdet. Nã perfectissimus horũ sup. est aut existimaẽ esse: si quis eorũ sup. emit. i. publice cõparauit sibi Aristotelẽ simulẽ. i. ad similitudinẽ eius q̃ viuebat effectũ ⁊ simulatũ: aut pittacon philosophũ ex septẽ sapiẽtissimis grecie. Et si q̃s eoꝝ iubet. i. vult pluteũ. i. pinacothecã. i. repositoriũ tabularũ pictarũ ꝑm Calderinũ: vel armariũ vbi libri reponũtur ꝑm Uallã ⁊ Mãcinellũ. vel vt ego intelligo: illud obiectũ qõ in conclaui studiosi obiciunt oculis ne vagent: qõ cõfectũ est ex tabulis siue asseribꝫ: ad similitudinẽ pluteoꝝ bellicoꝝ sic appellatũ. Cõcludũt essi nõnulli sese dũ aut carmina fingũt aut quãuis rẽ excogitãt pluteis: quos pocte idignati verba inuẽtis nõ respõdere: preter industriã aut cõpositus cedunt: vt testat Persius. In cõspectu ergo sunt e regione aduersa id maxime ponebãt: cuius memores fieri summopere desiderabant. Et ita iubebãt pluteũ seruare. i. vt pluteus seruet cleanthas. i. philosophos studiosissimos et laboriosissimos archetypos. i. vetercs ⁊ primũ typum siue primã figurã aut protractionẽ bonoꝝ pictoꝝ habentes. Solẽt enim pictores imperitiores doctioꝝ archetypos custodire: ⁊ ita custodiebãt tales philosophi cleanthas: vt significẽt se imitari velle cleanthem illũ virũ: aut vt se eius amatores significẽt qui eius archetypos etiã charissime emerint. Accipitur autẽ hic archetypos adiectiue sicut apud Martialem. Sic tãq̃ tabulas scyphosq; paule. Omnes archetypos habes amicos. Potest autem vterq; accusatiuus a parte ante construi: hoc est sic. iubet pluteum seruare cleanthas: et sic iubet cleanthas seruare pluteum.

Mãcinel.

¶ Fronti: seuere videlicet ⁊ graui. Plinius libro vndecimo scribit: ꝙ frons hoi tantũ tristitie hilaritatis ⁊ seueritatis ider est. Utq; philosophus libro primo de animalibus ait. Quibꝫ hec magna segnes: quibꝫ parua mobiles quibus lata mẽte moueri idonei: quibus rotũda iracũdi sunt. Nulla adhibẽda est fides scilicet. Uicus. Uicus dictus a vicinis vel ꝙ viã habeat tantũ sine muris. est essi villa licet et vici dicuntur ipse quoq; habitationes vrbis vtrunq; hic potest intellegi. Tristibus obscenis: seueris et immundis. Castigãs turpia. absenti loquitur per apostrophen: id est auersum sermonẽ seu auersicnẽ. teste Fabio libro nono. sit enim quum ad aliquem per secundã personam fit conuersio. Castigas turpia. conuenit hic Horatij illud in Satyra tertia. Eũ tua non videas oculis mala lippus inunctis. Cur in amicoꝝ vitijs tam cernis acutum? Et Ciceronis illud libri primi officiorum. Fit essi nescio quomodo vt magis i alios cernamus ꝙ in nobismetipsis si quid delinquitur. Idẽ vero libro tertio Tuculanarũ ait. Esse ꝓprium stultitie aliorum vitia cernere oblitiscꝫ suorũ. Socraticos cinedos. Socrates patre lapidario matre obstetrice natꝰ fuit in oratoria promptus atq; acer: primus cum eschine discipulo oratorie campos aperuit. primusq; de vitc ratione disseruit: hic primus Athicen inuerit: ea potius inquirẽda exhortans que mores instruerent. Magna vero mẽtis altitudine carpẽtes se atq; obiurgãtes contẽnebat: dicebatq; se scire nihil preter hoc ipsum ꝙ nesciret. nũciantꝫ sibi quendã se maledictis incessere: bene ait loqui nõ didicit. Apollinis demũ oraculo mortaliũ olim Socrates sapiẽtissimus predicatꝰ est. Sed essi ex his qui succedere socrati appellãturq; socratici nobilissimi sunt: plato xenophon ⁊ antisthenes. autor est Laertius. De socrate itẽ ait Cicero libro quinto Tuscu. Socrates autẽ primus philosophiã deuocauit e celoꝝ in vrbibus collocauit: ⁊ in domos etiã introduxit ⁊ coegit de vita ⁊ moribꝫ rebusq; bonis ⁊ malis querere ⁊c. Scribit etiã inferius idẽ ita Socratẽ ferunt quum vsq; ad vesperum contentius ambularet: quesitũq; esset ex eo quare id faceret: respõdisse se quo melꝰ cenaret obsonare ambulãdo famẽ. Cinedos socraticos: i. parbicos de moribꝫ disputãtes: vt Socrates agebat qui primus de vite ratiõe disseruit. Cinedus autẽ dicitur a cineo quod est moueo et edia pudẽda. Notissima fossa. i. notissimus omnibus vti fossa viatoribus vel notissima fossa: id est notissima vitioꝝ labes seu receptaculũ vitiorum vti fossa est sordiũ: seu fossa: id est vitiorum lacus: aut fons notissimus. Hispida mẽbra quidem: Polyphemus apud Ouidium inquit. Barba viros hirtoq; decẽt in pectore setc. Macrobius libro septimo ait. ꝙ in corpore hu-

Apostrophe.

Fronti nulla fides: quis eniz non vicus abundat
Tristibus obscenis: castigas turpia: cum sis
Inter socraticos notissima fossa cinedos:
Hispida membra quidem: z dure per brachia sete
Promittunt atrocem animum: sed podice leui
Ceduntur tumide medico ridente marisce.
Ratus sermo illis: z magna ✳ libido tacendi:
Atq; supercilio breuioꝝ coma: verius ergo
Et magis ingenue Peribonius: hunc ego fatis
Imputo: qui vultu morbum: incessuq; fatetur:
Horum simplicitas miserabilis: his furor ipse
Dat veniam: sed peiores qui talia verbis
Herculis inuadunt: et de virtute locuti
Clumen agitant: ego te ceuentem Serte verebor
Infamis Aarillus ait: quo deterior te:
Loripedem tectus derideat: ethiopem albus.

✳ Libido preter tria ⁊ nota illa significationẽ ꝫ est veneꝛ ſ pruritus capiẽ ꝙ cupiditate et veluti appetitũ ſine volũtate vt hoc loco: et apud Terẽ. in hecy. ſ eqz libidini tue aduerſabor.

Socrates.

Cinedus.

mano ille partes maxime vestiũtur quib⁹ am plius ineſt caloris, leue aũt eſt mulierũ corpus quaſi naturali frigore denſentur: comitatur eñ algorem denſitas: leuitas denſitatẽ. Atrocẽ. fortẽ ſeu cruz. Podice leui: depilata ſede. Mariſce. Celſus ait in ſede vlcus ſimile fungo naſci ſolere: qõ tolli vel medicamẽtis vehemẽtioꝛib⁹. vel ferro adurẽdũ eſt: quẽ fungũ medici quidẽ putãt eũ eſſe quẽ iunioꝛes ficũ appellauerũt. Juuenalis aũt feſtiuitate poetica mariſcas ſcripſit ſunt eñi mariſce ficus inſipide. Martialis libro ſeptimo. Infanti mellumella dato fatuaſq; mariſcas. Nã mihi que nouit pungere chia ſapit. Medico ridẽte pro deridẽte turpi eñi cauſa morbus ille euenerat. Libido. i. cupiditas. proprie eñi libido eſt cupiditas effrenata: que in olbus ſtultis inuenit: eſt eñi aduerſus rationẽ incitata. de qua Cicero libro Tuſcu. Uerius: iuſtius ⁊ rectius agit. Ingenue: libere. Peribonius id dici põt vltra ſcurrã peri eniz hoc loco ſignificat vltra. ⁊ homolochos ſcurra eſt. Uel peribonius appellatus eſt. q: perhiberet ac diuulgaret vitia ſua. peribontõ eñi diuulgatũ dicũt. Fatis imputo: id quidẽ Mãlij ſentẽtie cõuenit: inq̃t eñi libro. iij. Fata quoq; ⁊ vitas hoim ſuſpẽdit ab aſtris. Sic felix aut triſte venit per ſingula fatũ. Fatũ vero dicit plato eſſe volũtatẽ ⁊ tuſſionẽ deiꝛ vti priſcianus lib. vj. de duodecim card. ſcribit Chriſippus. Fatũ autẽ eſt inquit ſempiterna quedã ⁊ indeclinabilis ſeries rerũ de quo latius Gellius libro ſexto capi. ij. ⁊ Seneca ait epl'a. cix. Ducũt volentẽ fata nolentẽ trahunt. Morbum. morbũ appellant totius corporis coꝛruptionẽ. Egrotationẽ morbum cũ imbecillitate vitiũ cũ artes coꝛporis inter ſe diſſidẽt. ex quo prauitas mẽbꝛorũ diſtoꝛtio deformitas. Sic. M. Cicero libro quarto tuſcu. hic tamen morbum accipimus impudicitiã. qui vultu morbũ inceſſuq; fatetur. Seneca quoq; epiſtola. liij. ſic ait. Omnia rerum omniũ ſi obſeruãtur indicia ſunt. ⁊ argumẽtũ morũ ex minimis quoq; licet capere. Impudicũ incẽſus oſtẽdit: ⁊ manus mota: ⁊ vnum interdum reſponſum: et relatus ad caput digitus: ⁊ flexus oculoꝛũ improbũ interdum riſus. Inſanũ vultus habituſq; demonſtrat. Et hieronymus in autecla ſic. Speculum eñi mentis eſt facies. ⁊ taciti oculi coꝛdis fatentur arcana. Utq; Cicero libro quarto tuſcu. ait. Ennius dixit. Indiciũ inſanie eſt coloꝛ. voꝛ oculi ſpiritus impotẽtia dictoꝛũ atq; factoꝛũ. quam partẽ habent ſanitatis. Fatetur. oſtendit. Horum ſimilium peribonij. Furoꝛ. inſania furoꝛ enim eſt mentis ad omnia cecitas. vt inquit Cicero libro tertio tuſcula. talia ſcz vitia. Jnuadunt. caſtigãt arguunt. Verbis herculis: id eſt grauibus et ſeueris. qualibus hercules vſus eſt in voluptatem eam incuſando. ſcribit enim magnus Baſilius q; hercules quum adoleſcens eſſet diu ſecũ multũq; dubitauit quam viam caperet cum duas videret. vnam voluptatis alterã virtutis. Inter ambigendum autẽ due accẽſſerũt matrone. hoc eſt ⁊ virtus ⁊ malicia quarum altera oꝛnatiſſima eꝛat: ⁊ omniũ voluptatũ examen poſt ſe trahebat: oꝛiaq; oſtentabat: ac multo etiã plura pollicebatur: vt ad ſe herculẽ traheret. Altera vero aſpera ⁊ dura ſeuereq; intuẽs talia ecõtra dixit polliceri ſe: nec voluptatẽ aliquã nec quietẽ: ſed laboꝛes pericula ſudoꝛeſq; infinitos: terra mariq; tolerãdos. premiũ aũt illoꝛũ foꝛe deũ fieri. hanc itaq; hercules ſecutus fuiſſe dicit magna verboꝛũ grauitate acculata voluptate. Clunem agitant nates atq; inferioꝛa mouent dum venerẽ patiunt voluptate ſiquidẽ affecti. Ceuerẽ. clunes agitãt. et apte motãt dũ pateris turpia. Nã Ceuere mariũ eſt hoc eſt apte ſe motare dũ veneris turpitudinẽ patiũt. hinc Martialis ait. Sed pedicaris. ſed pulchre neuole cenes. Criſſare vero mulierũ eſt apte. ſ. ſe motantiũ dũ coeunt. Hinc idẽ inquit lib. x. in Lelią. Nũquid quũ criſſas blãdioꝛ eſſe potes. Sexte. erat ſextus ſeueri atq; cinedi nomen. Loripedẽ. claudũ. Similiter fere Cicero in Salluſtiũ. ait eñi. Carere debet eñi vitio qui in alterũ dicere paratus eſt. Quo deterioꝛe te Horatius irẽ Satyra. vij. libro. ij. ait. Tu cuz ſis quod ego et fortaſſis nequioꝛ: vitro. Inſectere velut melioꝛ: verbiſq; decoris Obuoluas vitium. quid ſi me ſtultioꝛ ipſo: Uſcenſius. Fronti nulla fides ⁊c. Quia ergo multi ſe alios ſimulant q̃ ſint. vt enim dicit ſaluatoꝛ: veniunt in veſtimentis ouiũ intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. dicit poeta q̃ non eſt confidendum fronti: id eſt apparatui exteꝛioꝛi. quia multi ſeueram caſtam ⁊ omni ex parte ſanctam vitam in barba prolixa breui capillo. ſilentio. alto. ſupercilio ſeuero. pilosis brachijs ⁊ pallio ac baculo pꝛe ſe ferunt et ſe habere oſtentant: qui fediſſima illa ſodomitica peccata in ſe admittũt. Et ita peius peccant tales ſimulatoꝛes q̃ indocti qui ſimplicitate quadam ſe non alios q̃ ſint pꝛofitentur. Non q̃ melius ſit publice q̃ ſecrete peccare. Dictum eſt enim. ſi non caſte tamen cauteſed quia nõ ignoꝛãtia aut fragilitate ſed manifeſta malicia peccant. Difficilius enim eſt ſimulare bonũ virum q̃ eſſe. ⁊ tamen malunt ſimulare q̃ eſſe. ⁊ plus laboꝛis ſumunt vt videantur boni: q̃ boni ſint. ⁊ ita ex deliberatione mali ſunt. Oꝛdo eſt. Nulla fides eſt nulla firma credulitas eſt ſupple adhibẽda fronti: id eſt apparatui exteꝛioꝛi enim pro quia: quis vicus: id eſt regio in ciuitate aut cohabitatio hominũ in agro non abundat triſtibus. id eſt ſeueris: et rigidis in vultu ſup. ⁊ obſcenis: id eſt turpibus in vita. quaſi dicat nullus vicus nõ abundat. immo qui libet abundat. Et querit per indignationẽ caſtigas ſup. ne tu turpia ſcilicet facta aliorum cum ſis foſſa. i. lac⁹ et cẽtina notiſſima ũter cinedos. i. pathicos qui patiũtur muliebria preciſi: Socraticos. i. qui fingunt ſe in doctrina ſocraticos. i. caſtitatis ⁊ aliorum bonorum moꝛum pꝛeceptoꝛes quaſi dicat non te decet id facere: q: non eſt ferendum a te cum amiſeris autoꝛitatem. Hebꝛa ſup. tua hiſpida. i. piloſa ⁊ hirta: ⁊ ſete dure: id eſt pili tam magni ⁊ duri vt ſete poꝛcoꝛũ. Sunt eñi ſete in poꝛcis. villi in leonibus: lana in ouibus: pilus in equis ⁊ hominibus. ſquame ⁊ ſpine in piſcibus: plume in auibus ⁊ cetera per brachia: id eſt que videntur circa brachia: promittunt quidem: id eſt pollicentur nobis in re animum atrocem: id eſt robuſtum ⁊ virilem: ſed mariſce tumidez id eſt hulcera inflata moꝛe fatuarum ficuum generata ex fedo ⁊ inhominabili coitu ceduntur: id eſt inceduntur ⁊ aperiuntur ferro. tibi in podice leni. i. in ſede naturali depilata ex frequenti ſubactione lene enim eſt non aſperum ⁊ politum. vt qui ſine barba ſunt lenes dicuntur: ⁊ habet primã longã ſic: ceduntur medico ridente quia nouit cauſam hulceris eſſe turpitudinẽ tuã. Rarus ſermo et magna libido tacendi eſt ſup. illis. i. ciuſmodi viris. Utq; pro ⁊ coma. i. capillus breuioꝛ ſupercilio. i. nõ demiſſus vſq; ad ſupercilij eſt ſup. illis. Ergo cũ ita ſit q̃ ſimulãt ſe caſte et ſancte viuere cum ſint turpiſſimi. peribonius. i. diuulgatoꝛ: turpitudinis ſue vel peribonius cinedus cybelles matris deoꝛ: dict⁹ a peri qõ eſt circũ ⁊ bomos ara quaſi circũ arã verſatus. ⁊ ponit p libet ex ſimplicitate pectũ ſuũ prodẽre. Ueri⁹. i. tolerabili⁹ q: cõfitẽri verũ ignoſcere ſolẽt ⁊ dij ⁊ hoies et magis ingenue. i. vt ingenuũ. i. natura liberũ decet q: furũ vſeruoꝛ eſt mẽtiri: ingenuoꝛ veritatẽ fateri neq; diſſimulare ⁊ aliud in coꝛde: aliud in oꝛe habere: ſup. agit aut facit. Ego imputo hũc. i. talẽ. i. talis

Mariſce.

Peribonij

Morbus. Egrotatio Uitium. Impudic⁹ Digit⁹ ad caput. Inſanus. Facies. Furoꝛ. Herculis virtus.

Ceuere. Criſſare.

viri vitā fatis.i.iudico q̄ talis sit secut⁹ inclinationē nature: ⁊ q̄ ex simplicitate nō ex malicia peccet q̄ fatet vultu ⁊ iccssu morbū.i.petū qō est aie morb⁹ ⁊ si pseuerat mors. Et simplicitas hoz.i.q̄ peccāt nec tegūt pcā est miserabilis.i.digna miseratiōe. Ire furo.i. violētus impetus cui nesciūt moderari ita vt furere videant: dat his.i.huiusmodi veniā. Sz peiores sup.sunt qui inuadūt.i.increpāt et lacessunt talia.i.tales ex simplicitate peccātes vel talia facta ex simplicitate peccantiū: vbis herculis.i.grauissimis qualib⁹ vsus est hercules cōtra voluptatē se allicere volentē: ⁊ locuti.i. postq̄ disputauerūt de virtute.i.de fortitudine et castitate agitāt.i.mouēt dū subigunt clunē.i.podicē qō nō decet.q: nemo parit se ab iniquiore reprēdi. Vñ varillus infamis.i.per turpitudinē vite infamatus ait ad sextū virū inverbis seuerū sed cinedū o sexte ego vereboz.i.putas ne q̄ ego cū reuerētia timebo te ceuentē.i.artificiose turpitudinē patientē: ⁊ posteriora tua motantē.q.d.minime. Nā quo.i.in quo sup.suz deterioz.i. minoris dignitatis aut precij re.i.q̄ tu.q.d.in nullo: ⁊ ita nō debes me reprēdere: decet em vt rectus.i.recte incedēs deridcat loripedē.i.obliq̄ icedētē: nā loripes i india anguiū more igredit teste plinio. ⁊ alb⁹.i. mūdus ⁊ pulcher ethiopē.i.fedum ⁊ turpē. vel albus.i.bonus ethiopem.i.nigrum hoc est malum.

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes:
Quis celum terris nō misceat: ⁊ mare celo:
Si fur displiceat Verri: homicida Miloni:
Clodius accuset mechos: Catilina Cethegū:
In tabulam Sylle si dicant discipuli tres:
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu: quin tūc leges reuocarat amaras
Omnibus: atq̄ ipsis Veneri Martiq̄ timendas.
Cum tot ✳abortiuis fecundam Julia vuluam
Solueret: et patruo similes effunderet offas.
Nonne igitur iure ac merito vitia vltima fictos.
Contēnunt Scauros: et castigata remordent:

¶Quis tulerit. poete verba. phāt aūt p exēplavitio carere oportere q̄ i alios dicere parati sunt. Graccos. Tyberius Graccus Aphricani ex filia nepos tribun⁹ plebis quū prorogare sibi potestatē vellet aduersis auspicijs in publicū pcessit statimq̄ capitoliū petijt vbi oppressus est ab Scipione nasica. et ei⁹ cadauer in tyberim missum. Cai⁹ itez Gracch⁹ quū accersit⁹ i cenarū nō iuisset armata familia auentinū occupauit vñ fugiēs posteavl' sua vl' serui manū iter fect⁹ rept⁹ est. De q̄b⁹ oib⁹ legito plinium de virs illus. Seditiōe tumultu populi. Verri. Cai⁹ Verres cū successisset in sicilia. L. sacerdoti prorogātq̄ nō sibi succedētē. Arrio p triēnium tenuisset atq̄ in ea fuisset libidinose aua re crudeliter q̄ versat⁹. succedētē tādē in eadē puincia Metello repertū darū reus ab siculis postulat⁹ ē accusantēq̄ Cicerone dānat⁹. q̄ ola ex Asconio Pediano habuim⁹. Miloni Annius Milo Ciceronis amicissimus cōsulatum petebat. Clodius Ciceronis inimicissimus p̄turā eodez anno quā debilē futurā p̄sule Milone intelligebat. sepeq̄ inter se Milo ⁊ Clodi⁹ cū suis factionib⁹ Rome depugnauerant: Milo tandē Lamicinū ex quo erat municipio ⁊ ibi tū dictator profect⁹ est ad flaminē pdēdū: postera die occurrit ei circa horā nonā Clodi⁹ paulo vltra baiulas redīs ab aricia: vehebat Clodius eq̄. serui. xxx. fere expediti gladijs cincti sequebant: erant cū Clodio p̄terea tres comites ei⁹. Milo rheda vehebat cū vxore fausta. ⁊. M. Fusio familiari suo: seqbat eos magnū seruoz agmē iter q̄s gladiatores q̄ erāt ex q̄b⁹ duo noti Eclam⁹ ⁊ Byrrhia ū in vltimo agmine tardi⁹ cūres cū seruis publij Clodij rixā cōmiserūt. ad quem tumultū quū respexisset Clodi⁹ minitabūdus humerū ei⁹ Byrrha rūphea traiecit. Inde cū orta esset pugna plures miloniani accurrerūt. Clodi⁹ vulneratus in tabernā primā Bouillano delat⁹ est. Milo vt cognouit vulneratū Clodiū cū sibi piculosū illud etiā viuo eo futurū itelligeret: occiso autē magnū solatiū esset habiturus etiā si subeūda esset pena exturbari tabernam iussit atq̄ ita Clodi⁹ latēs extract⁹ est. multiq̄ vulnerib⁹ cōfectus cadauer ei⁹ in via relictū. Accusat⁹ est Milo parricidij: Cicero defendit hec ⁊ plura habenī apud pedianū. Clodi⁹ accuset mechos. publi⁹ Clodi⁹ pōpeiā. L. Cesaris vxorē adamās dū sacra bona dee per noctem fierēt Cesaris in domo q̄ pontifex maxim⁹ erat muliebri veste illuc ingressus est (viris em nō licebat) cognit⁹ tandē ⁊ captus est: sz tū corruptela iudicū absolutus euasit: de quo in vita Ciceronis hr. fuit idē duarū sororū mechus quarū altera lucullo: altera Metello nupserat. autores Liui⁹ Cice. ⁊ plutarch⁹ in cesare. Catilina. cōiurauerāt p rēpubli. corruptissimi ciues ⁊ sue amētie ducē Catilinā habebant q̄ Vērulo Cethego ⁊ alīs quoz p̄ōptā audaciā cognouerāt mandauit vt opes cōiuratiōis quārū possent pfirmarēt: insidiasq̄ p̄suli Ciceroni. s. maturarēt. De quibus oibus Sallusti⁹ amplissime scribit. in tabulā sylle. de Sylla in prima satyra latius: is aūt pscriptiōis tabulas prim⁹ pposuit: qō ⁊ pliū. de viris illustribus docet. ⁊ valerius lib. ix. de crudelitate ait. q̄ Lucius Sylla quatuoz milia et. cc. dire prescriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas rettulit: videlicet ne memoria tā preclare rei diuerēt: nec contentus in eos seuire qui armis ab se dissenserant etiam quieti animi ciues ppter pecunie magnitudinē per nomenclatorē cōquesitos proscriptoz numero adiecit ⁊c. Discipuli tres. Lepidus Octauius Antonius: quos Gelle discipulos vocat: qñ candē disciplinā administrande reipubli. secuti sunt ū cū triūuiri fuerāt qui p cruentū fedus iuncti quū rempubli. inuasissent Sellam imitati senatū ⁊ equestrē ordinē pscripsere. Liui⁹ item lib. cxx. scribit q̄ Caius Cesar pacem cū Antonio ⁊ Lepido fecit. ita vt tresviri reipubli. pstituende quidē p quinquēniū essent Ipse Lepidus ⁊ Antoni⁹ statuerunt vt suos quisq̄ inimicos pscriberent: in qua pscriptione plurimi equites. cxx. senatorum nobi statuerant: ⁊ inter eos. L. Pauli fratris. M. Lepidi. ⁊. L. Cesaris Antonij auūculi. ⁊. M. Ciceronis cui⁹ occisio a popilio legionario milite cū haberet annos. lxiij. caput quoq̄ cū manu dextera in rostris posituz est. Qualis erat nup. tales erant vitiosi turpia castigātes qualis erat Domitian⁹ qui leges in adulteros reuocarat. ⁊ tamē adulter et mechus erat. Julia nāq̄ Titi Germani

Manci.

Gracci.

Verres.

✳Aborti ouos appellam⁹ imaturos fer⁹: ⁊ añ legitimū tp̄s editos. Trāsl. in Aug. Ilos senatores q̄s vulgus aborti uos vocabat: ad modū pstinū ⁊ splēdorez redegit.

Milo.

Clodius.

Clodij vulnus.

Clodius adulter.

Catilina.

Lepidus. Antonius Octauius

Ciceronis cedes.

filiam adamauit coegitq̃ cõceptũ a se abigere. Hinc illa obñt. Autores Trãquillus. ⁊ Pli. ad Cornelium
Domitiani incestꝰ. scribens. p cuiꝰ verba hic ⁊ de Domitiano intelligendũ est: nõ de Claudio vt quidã ait. Tragico ꝓcubitu. i. turpissimo qualẽ tragici tractare solẽt. scribũt eñ de turpissimo amore phedre ⁊ hippolyti: ⁊ theseste in filiã ⁊c. Turpissimꝰ añt erat Domitiani cõcubitus. quia cũ iulia nepte. Leges reuocarat. Iuliam legẽ intellige q̃ multo ante ab Augusto ꝓtra adulteros lata fuerat. vt Trãquillꝰ docuit. Alit eñ sic. leges retractauit ⁊ quasdã ex integro sanxit. vt sumptuarias. ⁊ de adulteris ⁊ de pudicitia de ambitu. de maritãtis ordinibꝰ: amaras oibꝰ: seuerissime eñ puniebañt adulteri. Ipsis veneri martiq̃ timẽdas. i. nuMars cuz Venere. minibꝰ etiã. Mars añt adulter cũ Venere a Vulcano deprehensus est: atq̃ adamãtinis vinculis circũuẽti dñs oibꝰ spectacula pbuere. Hor. Quis matrẽ tumica tectũ adamãtina. Digna scripserit. Sz latiꝰ FlaEffluxiõesꝫ so li. ñ. de arte. Abortinis ante tps editis. Effluxiones vocañt q̃ intra septimũ diẽ corruptiões incidũt Abortiões Abhortiões añt q̃ intra q̃dragesimũ. ita scribit interpres phi li. vñ. de aiãlib. Nullã est ea q̃ semẽ recipit. Scaurus. Solueret aperiret veneficꝰ. i. patruo. Domitiano. Offas: carnis frustra ifformata. Igit cũ pessimi sint alios arguẽtes. Vitia vltima vitiosi ⁊ ĩ pcipiti vitioꝝ existẽtes: vt Varill' infamis Scauros. factos nobiles ⁊ hypocritas. vti fuit. M. Emiliꝰ scaurꝰ de eo eñ Sallustius in iugur. sic ait. Sed ex oibus maxime Emilius scaurus hõ nobilis impiger factiosus auidus potẽtie honoris diuitiarũ. Ceterũ callide vitia sua occultãs. hec ille. itaq̃ nõ ab re Juuenalis fictos ⁊ scauros inquit. Meminit eriã plura Asconius in oratione. pro. M. Scauro. Castigata: reprehensa vitia ab hypocritis. Remordent. reprehendit eñ hypocritas aliorum reprehensores. est autem a canibus metaphora.

Ascẽsius. ¶Quis tulerit graccos ⁊c. Cõtinuat partẽ superiorẽ q̃ oñdit qõ Cicero in Sallustiũ dicit. Carere dꝫ oi vitio q̃ in alterũ dicere paratꝰ est. Et ꝓgredit ad reprehẽdẽdũ Domitianũ q̃ cũ in adulteros legẽ renouauerat iuliã titi fratris filiã quã auidissime amauit frequẽtibꝰ abortiuis perire coegit. Nulla tñ securꝰ pbũ dicit de claudio Cesare intelligi. cuiꝰ ꝓfilio occisa messalina vxore pudicissima: iuliã aggrippinam fratris filiã matrẽ neronis reuocatã ab ĩsula in matrimoniũ accepit: ꝓcesso iure nupriarũ ex senatusco. quẽ dicit frequẽter abortũ appetisse apud claudiũ: ne ex ipso coheredẽ neroni filiũ pareret cui ꝓparabat imperiũ ⁊ paulopost. Certũ est claudiũ tarari q̃ fratris filiã duxit vxorẽ agrippinam occisa vxore messalina. Aggrippina añt erat neronis mater. hec ille. Quibꝰ cũ Calderio Mãcinellꝰ ꝓstãter refragat. Quo poeta pollicit' est scribere in sepultos: possereẽ rõ cur ꝓbo ꝓsentirem' ꝑsertim cũ nõ sit verisile ipm in Domitianũ adhuc viuẽtẽ talia ausum fuisse. verũtamẽ sicut ꝑsiꝰ ĩ neronẽ scribit: ficti vt de alijs videat loqui. sic Juuena. in Domitianũ. nã multa sunt q̃ Domitiano dici ꝓbant: ⁊ potissimũ ꝙd Plinꝰ plurima q̃ de Claudio. vel q̃ nõ quadret ipm in pncipẽ viuẽtẽ tacuisse: sz dicemus scripsisse nõ edisse donec in exiliũ missus esset. deide q: tot dicit qõ Claudio cõperit q̃ adulterio assumptã tot facere coegerat: sz id in fratris filiã Domitianꝰ facere poterat. Tũ q̃ patruo sile's dicit offas. i. difformes ẽgies erat claudiꝰ vsq̃ adeo: vt Antonia mater eiꝰ eũ portẽtũ hois diceret: nec absolutũ a natura sz rñi ichoatũ ⁊ si quẽ stulticie arguebat filio suo stultiorẽ dicebat. Verũ possum' dicere patruo sile's: q: ex patruo cõceptas ⁊ iã formatas ad imaginẽ patrui. i. fratrꝫ pris solẽt eñ liberi pris effigiẽ pre se ferre. Offas añ trunci frustra carnis. i. ossa: carnẽ ⁊ sanguinẽ quo embrio coaugmẽtari debebat. Demũ q: dicit nuper qõ de plusculo tpe q̃ dudũ accipiẽdũ docet valleñ. Lanrẽ. ⁊ ita de claudio potꝰ q̃ de Domitiano: verũ valleñ. docet scõm modũ rei accipiẽdũ esse: ita vt interdũ de plusculis mensibꝰ dicat. Itaq̃ in vtrũq̃ dici posset: sz subtiliter in Domitianũ dictũ accipe. Vltima vitia. i. vitiosi infime dignitatis per emphasim. Ordo est. Quis tulerit. i. passus fuerit vel sustinuerit aut tolerauerit graccos: viros illos nobilissimos sz seditiosissimos querẽtes. i. querelã deponẽtes apud populũ de seditiõe. i. q̃ alij sint seditiosi. q. d. nemo. Q: nõ misceat. i. cõfundat mixtũ inclamãdo celũ terris. sicut in Terẽtio. o celũ o terra o maria neptuni. hoc autẽ faciũt maxime irati q̃ nescientes q̃d primũ incusent: oia simul inclamãt. q̃s ergo nõ cõmisceat terris celũ? celo mare. q. d. nemo nõ cõmisceat q: q̃libet cõmisceat si fur displiceat verri maiores furi. ⁊ si homicida displiceat miloni nouissimo parricide q̃ clodiũ occidit. Et si Clodiꝰ adulter manifestissimꝰ q̃ Caĩ Cesar' vxorẽ sollicitãs ⁊ iterpellãs de adulterio deprehẽsus est: accuset mechos. i. minores adulteros. Nã mechũ nõ simplicẽ fornicariũ sz adulterũ dicimꝰ. Et si Catilia vir ĩ patriã ꝓiuratissimꝰ et caput cõiuratiõis accuset cethegũ. cõplicẽ suũ. Et si tres discipuli. i. imitatores Sylle. i. Triũuiri Lepidus Antoniꝰ et Augustus dicãt. s. cõtra tabulã Sylle: in qua plurima milia hoim ꝓscripta erãt. Qualis. i. cuiusmodi erat. i. ẽlis reprehẽsor erat alioꝝ trãsgredientiũ legẽ quã ipe a se renouatã turpissime trãsgressus ẽ. Adulter sz Domitia. aut si mauis clodiꝰ pollutꝰ nup ꝓcubitu tragico. i. tã turpi: imani ẽvt a tragicis scribi mereat. Quid eñ tragedia digniꝰ q̃ filiã ffris abortiõib' necare q̃ reuocarat. i. iterũ i pristinum vigorem vocarat: tunc. i. paulo ante leges latas sz cõtra adulteros: amaras. i. acerbas et graues omnibus sup. mortalibus: quia tunc omnes erant fere adulteri: atq̃ rumendas ipsis martiet veneri: qui etiam in adulterio deprehensi erant hoc est etiam dñs et deabus. Plinꝰ autem ad principium secundi naturalis hystorie dicit: dem ẽtie esse credere matrimonia aut adulteria ĩter deos fuisse. Porte autem aut historiam aut rem phisicam intelligunt aut mores significant. Tunc enim mars cum venere coit quando planetarũ illorum coitio est: que res fulgura excitat: ⁊ ira vulcano proditũ dicit adulterium. Moraliter. facile venus marti. i. viro bellicoso coit: quia vt in .vj. huius dicetur ferrum est qõ amant mulieres scilicet libidinose. quum. i. quando iulia solueret. i. aperiret vel laxaret per potiones et veneficia vulvam. i. receptaculum fetus. i. loculos vel vt dicunt matricem secundam. id est frequenter concipientem: tot abortiuis id est immaturis fetibus ⁊ effunderet: id est extra funderet ⁊ ẽicere offas. i. frustra carnis cũ sanguine similes patruo. i. representãtes effigiem patrui. i. fratris patris vndecõcepte erant. vel turpes: vt patruus erat. Igitur cũ ira sit q̃ qui vitia reprehendunt: et mores docent et leges sanriunt aut in pristinum vigorem vocant cõtra reprehensionem: doctrinam et leges turpissime faciant. Nonne vltima vitia: id est contemptissimi homines vitiosi in vltima dignitate constituti contemnunt iure ac merito scauros fictos: id est nobiles ⁊ factiosos per fictionem vitia sua occultantes: sicut Marcus emiliꝰ scaurus vt recitauit Mancinellus ex Sallustio. ⁊ ipsa vitia mozia. i. ipsi vitiosi. castigata. i. reprehensa ⁊ per reprehensionem acerbam. remordent. i. vicissim mordẽt vñ morsa sunt: quasi dicat maxime. Ex quo infert quod sequitur.

